76 S 14

ANECDOTA CHISIANA

DE RE METRICA

EDIDIT

ET

COMMENTARIO INSTRVXIT

GVILELMVS MANGELSDORF

DR. PHIL.

ALS BEILAGE ZUM PROGRAMM DES GROSSHERZOGLICHEN GYMNASIUMS ZU CARLSRUHE
FÜR DAS SCHULJAHR 1875/76.

1876. Progr. Nr. 467.

CAROLSRVHAE.

TYPIS EXPRESSIT G. BRAVN.

CIƆIƆCCCLXXVI.

1878

Ex scriptoribus Byzantinis cum multi typis descripti et publici iuris facti sint, haud paucos per bibliothecas dispersos delitescere docent librorum manu scriptorum catalogi. Insunt sane in Anecdotorum collectionibus, quas post Villoisonum hoc praesertim saeculo curaverunt Bachmann Bekker Boissonnade Cramer Mai Matranga Rose alii, quae typographi prelo intacta iacere poterant; sed quoniam ex his quoque latebris nonnulla ad antiquitatis cognitionem perficiendam a viris harum rerum peritis adscita sunt, ne ea quidem oblivione velim obrui, quae a se Romae in bibliotheca Chisiana anno 1866 descripta *Guilelmus Studemund* praeceptor meus sodalibus seminarii philologi Argentoratensis occasione data proposuit, ut quanto opere ars metrica Byzantinorum magistellorum incuria degenerasset, luculento nobis demonstraret exemplo; comiter autem permisit mihi Studemundus, ut haec Anecdota Chisiana, si vellem, ad fidem codicis Chisiani ederem. Multa quidem continentur his quae publici iuris faciam Anecdotis Chisianis, quae haud ita magni aestimari possint; sed et ad historiam doctrinae metricae pertexendam etiam remotissimae latebrae perreptandae sunt et ne minima quidem, quae memoria parum digna videbantur, ex hac collectione resecare licuit, quoniam *Iosephus Cognoni* et *Scipio Cappelli*, qui viri praestantissimi bibliothecae Chisianae anno 1866 praeerant, libri Chisiani describendi facultatem ea dumtaxat condicione concesserunt Studemundo, ut aut nihil inde depromptum ederet aut metrica, quae in illo libro inessent, quantum fieri posset, integra typis exprimenda curaret.

Invenit autem Studemundus metrica illa in codice Chisiano miscellaneo[1]) R IV 11 saec. XIV. ineuntis fol. 48^{r} sqq., qui cum a tachygrapho scriptus sit, qui multis notis sive scripturae compendiis liberrime utebatur, non facilis est ad legendum. Praecedunt metricis illis in codice Chisiano excerpta et sacri et philosophi argumenti.

Sed priusquam ad opus ipsum suscipiendum me conferam, de ea ratione, quam magistri Byzantini in congerendis materiis metricis secuti sunt, breviter praefabor.

Quotquot enim aetate Byzantina de re metrica scripserunt, scrinia unius fere Hephaestionis Alexandrini et scholia in illius enchiridium de metris condita compilaverunt; quo factum est, ut metrici Byzantini, si recesseris ab eis, quae ad regulas prosodiacas immutatas spectant, novi paene nihil componerent. Neque vero totam enchiridii doctrinam sed singulas tantum partes, ut quaeque aptae videbantur, sibi sumpserunt; ac ne omnibus quidem scholiis, quae etiam nunc exstant, usi sunt, sed si regressus eris a Trichae et Tzetzarum scriptis et scholiis Byzantinis ad veterum poetarum opera pertinentibus, omnium metricorum Byzantinorum libellos cognosces minutiis qui-

[1]) Latere videntur sub posteriore, de qua sola agemus, scriptura sacri argumenti fragmenta et saeculo fere X. vel XI. scripta et antiquiora nonnulla (veluti in folio 98^{v} verba ex Evangelio secundum Lucam 23,44 sqq. deprompta) maiusculis litteris 'cursivis' exarata; folia rescripta accuratius examinare pristinamve scripturam resuscitare Studemundo propter temporis angustias non licuit.

busdam exceptis ad enchiridii Hephaestionei scholia B, ut Rudolfi Westphalii significatione utar, referendos esse, et cum eis ad verbum saepissime convenire, ex scholiis autem antiquioribus, quae Westphalium secuti A appellamus, omnino nihil adscitum esse. Qua autem ratione singula et inter se et cum scholiis B cohaereant, Westphalius explicavit in libro, qui inscribitur 'Metrik der Griechen' I² p. 196—214.

Docet enim scholia B Hephaestionea conflata esse ex tribus partibus inter se contextis et confusis, quarum prima (α) ea quae ex ipso enchiridio excerpta sint praebeat; altera (β) quaedam ex doctrina Byzantinorum metrica deprompta complectatur; tertia (γ) denique antiquioris licet originis non tamen ex ipso enchiridio profecta sit. Primam enim partem (α) fluxisse ex enchiridii capitibus *περὶ ἰαμβικοῦ, περὶ τροχαϊκοῦ, περὶ δακτυλικοῦ, περὶ ἀναπαιστικοῦ*; alteri (β) tribuenda esse nonnulla, quae insint in scholiorum B capite *Ἔτι περὶ ἰαμβικοῦ*, totam *περὶ τοῦ ἐλεγείου* compilationem, caput *περὶ τοῦ Ἀνακρεοντείου*; cetera, quae in scholiis B inveniantur, tertiae (γ) esse partis. Sed haec scholia B, quae hodie in editionibus enchiridii Hephaestionei circumferantur, non esse eadem, quae scriptores rei metricae Byzantini partim excerpserint partim ad verbum transscripserint; nam cum in horum scriptis non pauca legantur, quae nostra scholia B non contineant, dubium non esse, quin in Byzantinorum usu integrior quaedam scholiorum B collectio fuerit, quae ad nos non pervenerit. His autem scholiis B¹ qua via atque ratione posteriores metrici usi essent[1]) perscrutatus Westphalius eos in duas partes divisit, quarum priori tribuit Pseudo-Draconem[2]) Isaacum Monachum[3]) Demetrium Triclinium, cuius de metris opusculum tractatus Harleiani nomine fertur[4]), alteri Heliam Monachum et Pseudo-Moschopulum[5]). Illorum enim trium libellos docet ita inter se consentire, ut eos ex uno eodemque fonte haustos esse nemo sit qui neget; unumquemque eorum eis, quae scholiis B² contineantur, partes ex ipso enchiridio excerptas addere; descripsisse praeterea ipsis verbis Hephaestioneis usum exordia eorum enchiridii capitum, in quibus metra *πρωτότυπα* tractentur, excepto uno *περὶ δακτυλικοῦ* capite; omisisse denique ea quae scholia B² ex enchiridio deprompserint. Heliam autem Monachum et Pseudo-Moschopulum praetermissis omnibus eis partibus, quae scholia B² et quae illi tres, quos dixi, metrici ex enchiridio sumpserint, nihil praebere nisi eam materiam, quam scholia B² ex fontibus β et γ *περὶ ἰαμβικοῦ, περὶ δακτυλικοῦ, περὶ τοῦ ἐλεγείου, περὶ τοῦ Ἀνακρεοντείου* hauserint. Quibus explanatis Westphalius hoc proposuit stemma scriptorum, quos ex B¹ aliquo modo derivatos esse censeret (I² 199):

---

[1]) Antiquiora scholia B, quae hodie in codicibus Hephaestioneis non exstant, nota B¹ significabo; recentiora, quae ad nos pervenerunt, B². [2]) *Δράκοντος Στρατονικέως* qui fertur *περὶ μέτρων ποιητικῶν* libellum non posse Draconis Stratonicensis esse iam perspexit Hermannus; cf. praef. editionis, quam curavit Lips. 1812. Deinde K. Lehrsius in Analectis grammaticis p. 402 sqq. demonstravit priorem partem (*περὶ διχρόνων*) ad Draconem omnino non esse referendam, sed posterioribus temporibus Byzantinis congestam; alteram partem (*περὶ μέτρων ποιητικῶν*, cf. editionem G. Hermanni p. 124) ex scholiis B Hephaestioneis excerptam esse docuit Rossbachius ind. lect. hibern. Vratislav. 1858; auctorem autem huius congeriei fuisse Manuelem Moschopulum teste Westphalio I² 137 coniecit Bergkius ex scholio ad Hephaestionem p. 2 in codice Meermanniano exstante: *Διαλαμβάνει περὶ τούτων Κύριος Μανουὴλ ἐν τῷ καλουμένῳ πρώτῳ πλατύτερον μετὰ πολλῆς ἄγαν ἀκριβείας, καὶ ὁ βουλόμενος ἐκεῖθεν αὐτὰ εἴσεται.* Sed ne huius libelli scriptoris nomen confundam cum illo Moschopulo Cretensi, de quo in not. 5 dicetur, Pseudo-Draconem eum appellabo. [3]) Cf. Bachmanni Anecd. graec. II 169—196. [4]) Cf. Hephaestionis editionem, quam Gaisfordius curavit Oxonii 1855, vol. I 317—334. [5]) Manuelis Moschopuli Cretensis nomine e codice Reginaehradeciano eruit F. Nicol. Titze libellum, qui inscribitur *ἐπιτομὴ νέα γραμματικῆς* Lips. et Prag. 1822; praefixit Titze huic titulo '*Μανουήλου Μοσχοπούλου*' fallacibus rationibus ductus; nam Manuelem Moschopulum non fuisse auctorem huius libelli constat: cf. Adolfum Hart, de Dionysii Thracis grammaticae epitoma partim inedita, quae est in codice Veneto Marciano DXXXI p. 11; cf. praeterea Westphalium, Metr. d. Gr. I² 198 adnot.



Neque tamen Westphalius, etsi Pseudo-Draconis Isaaci Triclinii libellorum originem atque compositionem artis finibus circumscripsit, hanc quaestionem omnibus numeris absolvit. Nam cum de ceteris capitibus, quibus metra πρωτότυπα exponuntur, recte explicaret, tamen de eo, quod hi metrici de iambico metro proferunt, falso iudicavit. Cuius capitis exordium illi tres, quos dixi, metrici ex enchiridio non sumpserunt; immo etsi doctrina inter se consentiunt, tamen verbis ita inter se discrepant, ut Triclinius pro sua parte aliter scripserit, aliter cum Isaaco Pseudo-Draco; cf. de ea re 'Epimetrum IV', quod huic libello subiunxi.

Vt hi omnes, quos modo enumeravi, libelli metrici ex una quasi matre orti eique plus minusve similes aetate Byzantina circumferebantur, ita aliae eius modi collectiones fiebant, quae non tam ad unum fontem referendae, quam ex compluribus congestae videntur, quaeque hic illic in bibliothecarum latebris abditae vel iam depromptae sunt vel paulatim depromentur. Atque talis est ea collectio, quam Studemundus ex codice Chisiano (nobis *C*), quem antea descripsi, arcessivit. Totam autem hanc materiam in paragraphos ita distribuam, ut et singulorum metrorum generum et fontium, ex quibus singulae partes profluxisse videantur, rationem habeam[1]).

§ 1^a (*C* fol. 48^r).

Duo potissimum, quantum circumspexi, praeter Chisianum praesto sunt fontes, quibus § 1^a continetur: codex Ambrosianus C 222 sup. fol. bombyc. saec. XIII. scriptus, qui in Henrici Keilii Analectis grammaticis Halis anno 1848 typis descriptus est (p. 4 sqq.), et scholia B^2 Hephaestionea e codice Saibantiano maximam partem (cf. edit. Hephaest. Gaisf.^{2} p. 167 sqq.) edita. Saibantianus enim ut in ipso enchiridio emendando plus ceteris codicibus Hephaestioneis habet auctoritatis, ita etiam hanc, de qua agitur, scholiorum B partem integriorem praebet; quo Gaisfordius ita usus est, ut, ubicunque scholia B^2, quae in Hephaestioneis editionibus vulgo circumferuntur, deficiunt, Saibantiani lectiones in adnotationibus adderet.

Referendus est sine dubio hic tractatus metricus, qualis exstat in Saib. et Chis. et Ambros., ad complures fontes, qui tamen ita inter se coniuncti sunt, ut eundem facile agnoscas archetypum.

[1]) [ ] His uncinis quae saepsi, ea a recentiore manu profecta et delenda puto; < > his quae inclusa inveniuntur, contra libri Chisiani auctoritatem addenda mihi videntur.

Alia enim Chisiano communia sunt cum Ambrosiano, alia cum Saibantiano (hoc nomine brevitatis causa utor); plurimis autem locis multo artius inter se habent vinculum Chisianus et Saibantianus quam cum Ambrosiano, qui archetypi imaginem omnino integriorem reddidit. Sed quoniam perpauca in hac paragrapho digna sunt, quae cognoscantur, ea tantum excerpta exhibebo, quae maioris aliquo modo momenti videntur esse.

Incipit igitur § 1ᵃ in Chisiano (*C*) sic: *Αἱ ὀνομασίαι τῶν μέτρων τοιαῦτα<ι> ὠνομάσθησαν ἀπὸ ῥυθμῶν ἢ ἐθνῶν ἢ συνθέσεων ἢ ἀριθμῶν. πυρρίχιος μὲν, ὅτι κτλ.* (secuntur similia atque in Saib. (*S*) et Ambros. (*A*) .... *κατὰ διποδίαν δὲ συντιθέμενα τὰ καλούμενα πυρριχιακὰ*[1]) *καὶ τετράμετρα, ὧν ὑποδείγματα*[2])

ἴθι μόλε ταχύποδος[3]) *ἐπὶ δέμας*[4]) *ἐλάφου·*
† *<πτεροφόρον>*[5]) *χεριδόνα*[6]) *καθομένα*[7]).

Ὁ δὲ τροχαῖος κτλ. .... καὶ γὰρ Ἀρχίλοχος[8]) *ἐπὶ τῶν θερμῶν*[9]) *ὑποθέσεων*[10]) *αὐτῷ*[11]) *χρῆται· ὡς ἐν τῷ*

ἰῆ[12]), *πῆδ᾽ ἧτ᾽*[13]) *ἄνολβος ἀθροίζεται στρατός;*

καὶ Εὐριπίδης (Or. 729)

θᾶσσον ἤ μ᾽ ἐχρῆν προβαίνων ἱκόμην δι᾽ ἄστεος.

Ὁ δὲ ἴαμβος κτλ. ... sequitur illa de origine iamborum fabula inserto versu *ἄνθρωπ᾽, ἄπελθε κτλ.*, de quo infra videbimus; pergit *C*: *Καὶ γὰρ Καλλίμαχος περὶ Ἀρχιλόχου λέγων ἐν τῷ γραφίῳ*[14]) *φησίν·*

εἵλκυσε δριμύν τε χόλον κυνὸς, ὃς ἀπ᾽ ἀμφοτέρων
ἰὸν ἐκχεῖ στομάτων ὀξύτερον κέντρον σφηκός.

Λοιδορικὸν γὰρ τὸ μέτρον· καὶ ἰαμβίζειν τὸ λοιδορεῖν.

Σπονδεῖος δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπαυ (inc. *C* fol. 48ᵛ) *λομένου ταῖς σπονδαῖς ῥυθμοῦ, οἷον*

σπένδωμεν[15]) *ταῖς μνάμαις*[16]) *παισὶν*[17]) *μούσαις*
καὶ τῷ μουσάρχῳ Λατοῦς[18]) *υἱεῖ*[19]).

ἢ ὅτι μακρότατός[20]) *ἐστι τῶν ὁμογενῶν. εἰς χρόνους δὲ μακροὺς εὐχόμεθα σώζεσθαι πάντες*[21]).

Δάκτυλος ἀπὸ τῶν δακτύλων, οὓς ἐπιλαβομένη τῆς γῆς κτλ. ..... ἢ ὅτι οἱ μουσικοὶ τὸν μὲν ἐν διπλασίονι λόγον[22]) *ἴαμβον καλοῦσιν, ὅταν ἡ ἄρσις τῆς θέσεως διπλασίων ᾖ, δάκτυλον δὲ τὸν ἐν ἴσῳ λόγον*[23]) *κτλ. .... ὥστε καὶ τὸν ἀνάπαιστον ὡς πρός γε τὸ γένος καλῶν δάκτυλον οὐκ ἂν ἁμάρτοις*[24]). Pergunt *C* et *S*: *τὸν δὲ ἀμφίβραχυν κτλ.* ... desin. *τὸν δὲ δάκτυλον ἡρῷον καλοῦσι διὰ τὸ αὐτῷ ἡρώων γενεὰς καὶ πράξεις καταλεχθῆναι.*

[1]) *πυρρι*$^{χ'}$ *C.* [2]) *παραδείγματα S*, *ὑπόδειγμα A* teste Studemundo, *ἀπόδειγμα A* apud Keilium. Numerum singularem non male posuit metricus Ambrosianus, quia de uno exemplo ex pyrrhichiis constante agi credidit. [3]) *ταχύπο*^{δ} *C*, *ταχύποδος S A* (nam *A* quoque teste Studemundo *ταχύποδος* [per scripturae compendium satis, ut videtur, certum] praebet, non *ταχύποδε*, quod Keilius ibidem legere sibi visus est). [4]) *ἐπίδεσ*^{μ} *C*, *ἐπὶ δεσμὰ S*, *ἐπὶ δέμνι᾽* Santen. ad Terent. Maur. p. 113, *ἐπὶ δέμας* iam Bergkius poet. lyr. III³ 1347 ex *A* recepit. Alter autem versus graviter corruptus quo modo restituendus sit, etiam nunc incertum est. Hoc tamen constat ad sensum probabiliter, ad formam falso Westphalium haec temptasse:

πτεροφόρα | χερὸς <ἄπο> | καθιέμε | να <βέλη>.

Aut enim egregie fallor aut post quaternas syllabas ut verbum terminaretur, legem sibi constituerat poeta quisquis fuit. [5]) *πτεροφόρον A*, *πτερόφορον S.* [6]) *χερσόν*^{α} *S*, *χαιρηδόνα C*, *χελιδόνα A.* [7]) *καθε*^{μν,} *C*, *καθομένα*, ut

videtur, per compendium *S*, *καθημένην A*. [8]) *ἀντίλοχος C*. [9]) *θεσμῶν S*. [10]) Ita *A* quoque per scripturae compendium certo praebet teste Studemundo. [11]) *αὐτῶν C*. [12]) *ἔρξη S*, *ἐξίη A*. [13]) *πῆ δῆτ' S*, *πῆ δε* (sic) *ήύτε A*, quem versum Bergkius poet. lyr. II³ 699 sic restituit:

Ἐρξίη, πῆ δηὖτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός;

Bergkius, qui hunc locum ex Heliodoro sumptum esse censet, quaecunque ad eum pertinent, l. c. collegit; adde, quod exstat in Etym. magn. s. v. *Ἑρξείης*. [14]) De *γραφίῳ* in Callimacheis II 166—167 abunde dixit O. Schneiderus, qui Ambrosiani et Saibantiani testimoniis fretus formam *γραφεῖον* veram esse iudicat; sed teste Studemundo incertum est, utrum in *A γραφείῳ* an *γραφίῳ* an *γραφέῳ* exstet. Alii viri docti, quos Schneiderus l. c. attulit, hunc titulum omnino improbaverunt. Versus, qui sequitur, in *C* foede corruptus paene integer in *A* invenitur, unde eum paucis mutatis Schneiderus in Callimach. editionem II 167,37ᵃ talem recepit:

Εἵλκυσε δὲ δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον
σφηκός· ἀπ' ἀμφοτέρων ἰὸν ἔχει στόματος.

Ex *C* igitur nihil lucramur, nisi quod *χόλον* pro Ambrosiani *λόχον* comprobatur. Cetera, quae ad hunc versum pertinent, pleraque congesta sunt in Schneideri Callimacheis l. c. et in Philologo III 536. Adde, quod de Archilocho disputat Bernhardy, griech. Litteraturgesch. II 1³, 492. [15]) Sic *A*, *σπένδομεν C S*. [16]) *μνήμαισ C*, *Μνάμας* Keilius et Gaisfordius in adnot. [17]) Sic *A*, *πασὶ C*, *ποσὶ S*. [18]) Sic *A*, *λητοῦσ* (sic) *C*, *λητοῦς S*. [19]) *υἱέϊ A*. [20]) *μακρότερος* per compendium *C*, ut videtur. [21]) *θύοντες* recte *S*, ut apparet ex simili Ambrosiani scriptura. [22]) *λόγον* potius quam *λόγῳ* in *C* per compendium scriptum videtur esse. *λόγον S* quoque praebet. [23]) *λόγῳ A S*. [24]) Inde ab *ἢ ὅτι* usque ad *ἁμάρτοις A* ad verbum paene convenit cum *S* et *C*; quae praecedunt, *A* multo uberius exposuit.

§ 1ᵇ.

Sequitur in Chisiano *σχόλιον εἰς τὸ περὶ ποδῶν σύνθημα* [1]), quod incipit (fol. 49ᵛ) *Οἱ δισύλλαβοι ξξ* (sic)· *σπονδεῖος· διὰ τοῦτο σπονδεῖος ἐκλήθη, ἐπειδὴ ἐν ταῖς σπονδαῖς τῶν θεῶν εἰώθασι μετὰ τούτου τοῦ μέτρου λέγειν τὰς ᾠδάς.* Secuntur pyrrhichius trochaeus iambus. Deinceps *Οἱ τρισύλλαβοι δὲ ὀκτώ κτλ.* .... desinit *καλεῖται δὲ μολοσσὸς διὰ τὸ μέγιστος εἶναι πάντων τῶν ἁπλῶν ποδῶν καὶ μήκιστος.*

[1]) ad *τὸ ... σύνθημα* potius, quam ad *τὴν ... σύνθεσιν*, quam lectionem sensus magis videtur commendare, ducere videtur incertum, quo librarius usus est, scripturae compendium.

Tota haec paragraphus, quae ipsis exemplis *ἥρως λόγος δῆμος κτλ.* ad singulos pedes metricos illustrandos in codicis margine additis notam doctrinae Byzantinae prae se fert, satis neglegenter conscripta est. Eadem eisdem saepissime verbis inveniuntur in schol. B² Hephaest. p. 168—172, apud Triclinium p. 322, Isaacum p. 174—76 et 177—79, Draconem p. 127, qui tamen alio fonte usus est.

§ 2.

Περὶ τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου [1]).

Τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον ἑξάμετρόν ἐστιν [2])· *ἓξ γὰρ ἔχει χώρας* [3])· *τὰς μὲν πέντε συγκειμένας ἔκ τε δακτύλου καὶ σπονδείου* [4]), *ἐνίοτε δὲ καὶ αὗται* [5]) *παλιμβάκχειον* [6]) *καὶ ἀμφίμακρον δέχονται, καθαροὺς μέντοι καὶ ἐν τάξει δακτυλικῇ* [7]) *διακειμένους* [8]). *καθαροὶ δέ εἰσιν, ὅταν ἀπαρτίζωνται* [9]) *εἰς μέρος λόγου* [10]) *καὶ τὴν ἐπιφερομένην συλλαβὴν ἀρχομένην ἔχωσιν ἀπὸ φωνήεντος* [11])· *καὶ παλιμβάκχειος μὲν* [12]), *ὡς τὸ* [13])

πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν (α 2)·

ἀπήρτισται γὰρ εἰς μέρος λόγου τὸ πλάγχθη [14]) *καὶ ἡ ἑξῆς* [15]) *ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται* [16]) *τοῦ ε̄* · [17]) *ἀμφίμακρος δὲ, ὡς τὸ*

οὔτι μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν (Γ 164)

εἰς γὰρ μέρος λόγου ἀπήρτισται ἡ μοι συλλαβὴ καὶ <*ἡ*> *ἑξῆς* [18]) *ἄρχεται ἀπὸ τῆς αι διφθόγγου, ἤγουν ἀπὸ φωνήεντος τοῦ ᾱ* [19])· *ἡ δὲ ἕκτη χώρα σπονδεῖον δέχεται* [*καὶ ἄλλως δέχεται ἴαμβον*

καὶ πυρρίχιον][20]*, ἐνίοτε δὲ*[21]*) τροχαῖον· ἐπὶ παντὸς γὰρ μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία*[22]*) συλλαβή· ἡρωϊκὸν δὲ μέτρον καλεῖται, ἐπείπερ*[23]*) Ὅμηρος ὁ ποιητὴς*[24]*) τὰς τῶν ἡρώων πράξεις διεξιὼν τῷ μέτρῳ κέχρηται τούτῳ*[25]*).*

[1]) Hanc paragraphum habet etiam codex Vaticanus Palatinus 23 bombyc. 4^0. saec. XIV. (nobis *V*) fol. 33^v, quem Studemundus Romae cum Chisiano contulit; eadem materia legitur in cod. Parisin. 1983 membr. saec. X. cf. Crameri Anecd. Graec. e codd. manu scriptis bibl. regiae Parisiens. descr. I 385. [2]) Enclitica *C* modo ea qua nos solemus ratione accentibus notavit, modo Byzantinorum hominum consuetudinem secutus est; ad nostram rationem accentus constanter tacitus correxi. [3]) *ἓξ γὰρ χώρας ἔχει V*, qui deinde post *τὰς μὲν* addit *οὖν*; schol. B^2 *ἓξ γὰρ χώρας ἐπιδέχεται*, et simul addit *καὶ κατὰ μονοποδίαν μετρεῖται.* [4]) Schol. B^2 *κατὰ μὲν οὖν τὰς πέντε χώρας ἐπιδέχεται δάκτυλον καὶ σπονδεῖον ἀδιάφορον.* [5]) *αὗται* omiserunt schol. B^2 et *V*. [6]) *παλιμβάχειον C.* [7]) sic *C*, ut videtur, per compendium, *δακτύλουσ V, δακτύλων* schol. B^2. [8]) *διακειμένους* scripsit *C* hoc loco et in capite *Γ, περὶ ἐλεγείου ... ἐν τάξει δακτυλικῇ διακειμένους, κειμένους* schol. B^2 *V*. [9]) *ἀπαρτίζωσιν* schol. B^2. [10]) *λε V.* [11]) *συλλαβὴν ἀρχομένην ἔχωσιν ἀπὸ φωνήεντοσ C, συλλαβὴν ἔχωσιν ἀπὸ φωνήεντοσ ἀρχομένην* V, *λέξιν ἔχωσιν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην* B^2. [12]) *καὶ παλιμβάκχειον μὲν* B^2, *ὅσ ἐστι παλιμβάκχειοσ C* (ex glossemate), om. *V*. [13]) *ὡσ τὸ C, οἷον ἐστὶ τὸ V, ὡς ἐν τῷ* B^2. [14]) *λέγει τὸ ἐπλάγχθη V.* [15]) *ἡ ἑξῆς* B^2, *ἑξῆς C*, om. *V*. [16]) *ἄρχεται ἀπὸ φωνήεντος V* B^2. [17]) incipit *C* fol. 50^r. [18]) *ἑξῆς V.* [19]) *ἤγουν* usque ad *α̅ C*, om. *V*; aliter scripsit scholiast. Hephaest.: *καὶ εἰσὶν ἐν τούτῳ τρεῖς ἀμφίμακροι, ἔν τε τῇ ΜΟΙ συλλαβῇ* (Westphal. correxit p. 166,11 *ἔν τε ταῖς μοι συλλαβαῖς*) *δύο, καὶ ἐν τῇ αἰτίῃ· ἀπηρτισμένοι γάρ εἰσιν εἰς μέρος λόγου, καὶ τὰς ἑξῆς ἔχουσιν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένας.* [20]) Verba uncinis inclusa habet *C*, om. *V* et schol. B^2. [21]) *καὶ* addid. *V*. [22]) *τοῦ παντὸς* male addid. *V*, om. *C* et schol. B^2. [23]) *ἡρωϊκὸν δὲ ἐστι ὅπερ V. Ἡρωϊκὸν δὲ καλεῖται τὸ μέτρον ἐπείπερ* schol. B^2. [24]) *ὁ ποιητὴς* om. *V*. [25]) *τούτῳ κέχρηται τῷ μέτρῳ* schol. B^2; *V* post *ὅμηροσ* nihil praebet nisi *ἐχρήσατο τάσ τῶν ἡρώων πράξεις διεξιών.*

Totam congeriem plus minusve cum scholiis B^2 Hephaestioneis p. 189,16 — 190,3 (in editione Gaisfordii maiore Oxon. 1855, qua in indicandis locis Hephaestioneis usus sum) convenientem apud metricos, quos supra enumeravi, Byzantinos legi comparando facile cognosces. Propius quam Triclinius (p. 324) Pseudo-Draco (p. 142) Isaacus (p. 182) Helias (p. 76) ad scholiorum lectionem accedit Pseudo-Moschopulus (p. 45); a cuius verbis Helias non multum discrepat. Triclinius autem et cum Isaaco Pseudo-Draco, doctrina simillimi, verbis longius ab illis distant.

§ 3.

Ἰστέον, ὅτι πόδες εἰσὶν ἁπλοῖ ιβ̅, δισύλλαβοι δ̅· σπονδεῖος, τροχαῖος, πυρρίχιος, ἴαμβος· καὶ τρισύλλαβοι ὀκτώ· δάκτυλος, ἀνάπαιστος, ἀμφίμακρος, ἀμφίβραχυς, βακχεῖος, παλιμβάκχειος, χορεῖος, μολοττός· οἱ δὲ τετρασύλλαβοι ἐκ τῶν <δισυλλάβων> συνθέσεως κεῖνται[1]*).*

[1]) *ἐκ τῶν συνθέτων κεῖνται C.* Corruptus est hic locus; scholia B^2 (p. 164,7) habent *οἱ δὲ τετρασύλλαβοι ἐκ συνθέσεως τελείων τῶν τεσσάρων δισυλλάβων γίνονται.*

Vnde sumpta sit haec brevis atque futtilis pedum enumeratio, diiudicari non potest; similes enim de pedibus tractatus ad taedium usque multi in libris manu scriptis exstant.

§ 4ª.

Περὶ τοῦ ἰαμβικοῦ μέτρου.

Ἰαμβικὸν ἐκλήθη τὸ μέτρον, ἐπείπερ οἱ ὑβρίζειν τινὰ καὶ λοιδορεῖν πάλαι βουλόμενοι τούτῳ ἐχρῶντο τῷ μέτρῳ· ἰαμβίζειν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ὑβρίζειν[1]*)· ἢ ἀπὸ Ἰάμβης κόρης ἥτις αἰσχρῶς ὑβρισθεῖσα ἀγχόνῃ κατέλυσε τὸν βίον.*

---

[1]) Sic scholia B^2 p. 182; Helias et Pseudo-Moschopulus *ἢ παρὰ τὸ ἰὸν βάζειν, ὅπερ ἐστὶ ἰοῦ καὶ πικρίας ἀνάμεστα λέγειν ῥήματα* (Moschop. *ῥήματα λέγειν*).

Has de metri iambici nomine fabulas apud metricos Byzantinos notissimas fuisse constat; neque igitur mirum, quod qui eas narrant plane inter se consentiunt. Sed hanc ipsam ob causam, unde haec congeries Chisiana deprompta sit, difficile videtur perquisitu; accedit, quod ea exordium solum praebet longioris explicationis, quam legimus in scholiis B² p. 182, apud Pseudo-Moschopulum, Heliam; levius hanc rem perstrinxerunt Triclinius et Pseudo-Draco cum Isaaco. Quorum omnium artius inter se quam cum ceteris coniuncti sunt Helias et scholia B²; atque Heliam vel potius Heliae archetypum secutus videtur esse scriptor materiae huius Chisianae, si discesseris a verbis *ὅπερ ἐστὶ καὶ πικρίας ἀνάμεστα ῥήματα λέγειν*, quae in *C* quidem omissa sunt, apud scholiastam autem B² Heliam Pseudo-Moschopulum post *τὸ ὑβρίζειν* addita leguntur. Memorabile praeterea est in § 4ᵃ inveniri *πάλαι* ante *βουλόμενοι*, quod idem habent Helias et Pseudo-Moschopulus, scholia autem B² omiserunt; atque ea de re ex scholiis B² compilatorem Chisianum sua descripsisse negem, quoniam *πάλαι* in tribus libellis fortuito additum esse veri dissimile videtur, cum praesertim haec vox apud ipsos Heliam et Pseudo-Moschopulum legatur, quos ex uno fonte hausisse constet. Etiam quae de metro iambico in codice Chisiano deinceps explicantur, frustatim cum Helia ad verbum consentiunt, neque apud alium quemquam eorum, quos novimus, metricorum eisdem verbis expressa sunt.

§ 4ᵇ.

. *Χρὴ δὲ εὐρύθμως ποιεῖν <τοὺς> ἰάμβους ἤτοι δισυλλάβους· καὶ τιθέναι ἐν μὲν τῇ πρώτῃ χώρᾳ σπονδεῖον ἢ ἴαμβον ἢ διὰ στένωσιν δάκτυλον, <ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἴαμβον, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ, τουτέστι σπονδεῖον καὶ ἴαμβον ἢ διὰ στένωσιν δάκτυλον>, ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ ἴαμβον, ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ καὶ τρίτῃ, τουτέστι σπονδεῖον καὶ ἴαμβον ἢ διὰ στένωσιν, ὡς ἔφημεν, δάκτυλον, καὶ ἐν*[1]) *τῇ ἕκτῃ τὸν πυρρίχιον ἢ τὸν ἴαμβον. ἐὰν δὲ δυνηθῇς ὅλον τὸν στίχον ἐξ ἰάμβων ποιῆσαι, ἄριστος ἔσῃ. Χρὴ δὲ τηρεῖν, ἵνα μὴ φωνήεντι φωνῆεν ἐπιφέρηται, καὶ ποιῇ χαίνειν τὸν ἴαμβον· χαίνειν δέ ἐστιν, ἐὰν εἰς τέλειον μέρος λόγου το φωνῆεν τελειοῖ, καὶ ἄρ*(inc. *C* fol. 50ᵛ)*χηται ἀπὸ φωνήεντος· οἷον*

ἀλλ' ὦ σοφὴ ἄνασσα ἀνδρῶν φερτέρα[2])

ἐνταῦθα εἰς τὴν 'σοφὴ' χαίνει, ἐπειδὴ ἀπὸ φωνήεντος ἄρχεται τοῦ ᾱ. καὶ αὖθις

καὶ πυρπολεῖ ἅπασαν εἰκονουργίαν.

ἰδοὺ[3]) *εἰς τὴν 'λεῖ' χαίνει· ἀλλ' εἰς πλάτος ποιημάτων συγγνώμης τυγχάνει ὁ χαινοϊαμβιοποιός*[4]).

Iam supra commemoravi paragraphi 4ᵇ partem ad verbum congruere cum Helia p. 74,11—75,4. Scribit enim hic *χρὴ δὲ εὐρύθμως ποιεῖν*[5]) *τοὺς ἰάμβους* et omissis eis, quibus illud *εὐρύθμως ποιεῖν* in *C* accuratius explicatur, pergit *καὶ τηρεῖν αὐτοὺς, ἵνα μὴ χαίνωσι· χαίνει δὲ ὁ ἴαμβος, ἐὰν εἰς τέλειον* (*τέλος* falso cod. Laurent. LVI 16) *μέρος λόγου τὸ φωνῆεν τελειοῖ* (*φωνήεν τελείοι* falso cod. Laurent., teste Studemundo) *καὶ ἄρχεται ἀπὸ φωνήεντος, οἷον ἐνταῦθα·*

ἀλλ' ὦ σοφὴ ἄνασσα·

ενταυθοῖ γὰρ ἡ σοφη χαίνει. Quae proxime apud Heliam secuntur etsi a *C* plane dissentiunt, tamen vel ex illis, quae descripsi, frustis de communi quodam Heliae et eius scriptoris, qui hanc Chisianam materiam congessit, vinculo certiores fimus. Quin etiam suspicari licet Heliam sua sumpsisse ex scriptore Chisiano vel potius ex antiquiore simillimo. Nam cum hic, etsi totum versum *ἀλλ' ὦ σοφὴ | ἄνασσα | ἀνδρῶν σφετερα*, in quo duo insunt hiatus, affert, de priore tantum hiatu (qui inter *σοφὴ* et *ἄνασσα* intercedit) agat, Helias, cui sine dubio idem versus praesto fuit, alteram partem, quae alterum hiatum (inter *ἄνασσα* et *ἀνδρῶν*) continet, resecuit, commotus simul fortasse depravata fontis, unde hausit, *ἀνδρῶν σφετερα* lectione. Codex autem Hamburgensis (cf. not. 2), qui posteriorem paragraphi 4ᵇ partem, in qua de hiatu agitur, continet, integriorem huius tractatus

imaginem conservavit. Neque enim solum versum, de quo verba fiunt, incolumem praebet, sed etiam utrumque hiatum, quo versus laborat (priorem verbis *ἰδοὺ τὸ 'σοφὴ' εἰς φωνῆεν λήγει καὶ ἡ ἑξῆς ἄρχεται ἀπὸ τοῦ ᾱ, ὅ ἐστιν ὁμοίως φωνῆεν*, alterum verbis *καὶ τὸ 'ἄνασσα ἀνδρῶν'. τὸ γὰρ 'ἄνασσα' εἰς ᾱ λῆγον καὶ τὸ 'ἀνδρῶν' ἀπὸ τοῦ ᾱ ἀρχόμενον.*), illustravit; veri igitur non dissimile videtur scriptori Chisiano aut tractatum Hamburgensem aut huic simillimum oculis observatum et ab hoc obtruncatum esse.

[1]) *ἐκ C.* [2]) *ἀνδρῶν σφετερα* (sic) *C*, *ἀνδρῶν φερτέρα* libellus anonymus de re metrica ex codice Hamburgensi a F. G. Schneidewino editus (cf. Philol. vol. X p. 350 sq.) et repetitus in Lexico Vindobonensi ed. Nauck p. 268. Helias hunc versum mutilum sic praebet: *ἀλλ' ὦ σοφὴ ἄνασσα*, qui unde sumptus sit, non magis scimus, quam quae proximi versus (*καὶ πυρπολεῖ ἅπασαν εἰκονουργίαν*) origo sit. Nam ex versu

μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους

qui ex Georgii Pisidae expeditione Persica I 36 (cf. corpus scriptor. hist. Byzant. XXI. ed. Niebuhr) arcessitus in Heliae tractatu versus illius fragmentum (*ἀλλ' ὦ σοφὴ ἄνασσα*) proxime sequitur, vix conicere licet etiam hos duos versus ex eiusdem Georgii carminibus fluxisse, quamquam fateor Georgii Pisidae carmina minora ea, quae in editione Bonnensi typis repetita sunt, mihi, dum haec scribo, praesto non esse. [3]) *ἰδοῦ C.* [4]) Haec vox constat ex duobus pedibus dactylicis integris et ex uno catalectico; quam utrum ipse compilator composuerit an potius aliunde ex hexametri dactylici clausula sumpserit, ignoro. [5]) Tota illa pars a *χρὴ δὲ εὐρύθμως ποιεῖν* usque ad *κωμικοῖς* (Helias ed. Furia p. 75,20), quae sequitur in Laurent., deest in codicibus Veneto Marciano CCCCLXXXIII et in Barberino I 4 (olim no. 295 signato) bombycino (saeculo XIV. scripto), quem contulit Studemundus.

§ 5ª.

Ἔτι περὶ τοῦ ἰαμβικοῦ μέτρου.

Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον ἔχει πόδας ἓξ ἤγουν ἓξ χώρας· δέχεται δὲ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ τρίτῃ καὶ πέμπτῃ χώρᾳ σπονδεῖον τὸν ἐκ δύο μακρῶν κείμενον[1]), *πολλάκις δὲ καὶ ἴαμβον· τὸν δὲ ἴαμβον ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τετάρτῃ [καὶ ἕκτῃ]*[2]) *τὸν ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς [πάνυ ὡραῖος γίνεται ὁ στίχος]*[3])*· δέχεται δὲ καὶ ἡ ἕκτη πολλάκις τὸν ἴαμβον, καὶ ἐκείνου μὴ ὑπάρχοντος δέχεται τὸν πυρρίχιον τὸν ἐκ δύο βραχειῶν.*

Ὁ δὲ ἴαμβος τομὰς δύο <*ἔχει*>*· πενθημιμερῆ καὶ ἑφθημιμερῆ*[4])*· πενθημιμερὲς δέ ἐστιν, ὅταν ἀπαρτίζηται νοῦς*[5]) *εἰς δύο πόδας καὶ μίαν συλλαβήν·* <*οἷον*>

Ἀτρείδη ποῖον.

ἑφθημιμερὲς[6]) *δὲ λέγεται, ὅταν μετὰ τοὺς τρεῖς πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου· καὶ λέγεται ἑφθημιμερὲς*[6])*, ἐπειδὴ τῶν ἑπτὰ τὸ ἥμισυ ἔχει· οἷον*

Ἀτρείδη ποῖόν σε ἔπος.

Οὕτως εἰσὶν οἱ γνήσιοι ἴαμβοι· ἐξ ἀνάγκης δὲ στενούμενοι ἐν τοῖς ὀνόμασιν εἰσάγουσιν ἀντὶ σπονδείου δάκτυλον, καὶ ἀντὶ τοῦ ἰάμβου χορεῖον καὶ ἀνάπαιστον.

[1]) *καὶ μόνων C.* [2]) *καὶ ἕκ*ᵗ, quod *C* habet, ineptum est, quoniam mox de sexta sede verba fiunt. [3]) verba uncinis saepta resecanda esse patet. Ceterum videntur et *καὶ ἕκτῃ* verba et *πάνυ .... στίχος* ex alio quodam tractatu de iambo petita esse; verba, quae posterius glossema proxime praecedunt, *τὸν ἐκ βραχείας καὶ μακρᾶς*, aptius post *τὸν δὲ ἴαμβον* collocari apparet. [4]) *ἑφθιμιμερῆ C.* [5]) de *νοῦς* voce confer Mar. Victorinum lib. I (VI 65,9 ed. Keil.)[1]): 'Secundam divisionem hephthemimeren Graeci dixerunt, quae tribus pedibus emensis adicit syllabam completque *sensum* quacumque orationis particula' (cf. etiam 65, 14); VI 65,21 '.... *bes* autem syllaba et *sensum* superioris coli integrat, ut fiat hephthemimeres, et sequentis pedis initium inducit', et p. 65,33 (praefixo versu

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris):

'Nam *iae qui*, pes in versu quartus, eam divisionem explicat, quam bucolicen vocari dictum est, sub qua <quattuor> pedum percussione *sensus* impletur. [6]) *ἑφθημιμερὲς C*; ceterum *τὸ ἑφθημιμερὲς* et *τὸ πενθημιμερὲς* significare

[1]) In indicandis grammaticorum latinorum locis Keilii editione ubique usus sum.

eam partem verborum (quibus textus totius versus efficitur), quae ab ipso versus initio pertineat usque ad τὴν τομὴν ἑφθημιμερῆ et πενθημιμερῆ, notum est. Possis tamen et supra πενθημιμερὴς (pro πενθημιμερὲς) et infra utroque loco ἑφθημιμερὴς invito codice Chisiano scribere propter § 8 (cf. infra p. 15).

Partem a me (non in *C*) minoribus litteris descriptam (quae nescio utrum ad § 8 περὶ τομῶν referenda an aliunde deprompta sit) qui conscripsit, tantam adhibuit neglegentiam, ut ad iamborum incisiones illustrandas exempla afferret dactylica simulque doctrinam ineptam huic paragrapho intexeret. In altera autem parte congestum est Byzantinae doctrinae quidquid de iambis in omnium usu versabatur, et insuper additum, quod ab aliis magistris non commemoratum est, poetas Byzantinos licentiis quibusdam metricis in adhibendis nominibus propriis usos esse.

§ 5b.

Ἰστέον δὲ, ὅτι τοὺς ἀπὸ βραχείας ἀρχομένους δέχονται αἱ τρεῖς χῶραι· (inc. *C* fol. 51r) *ἡ δευτέρα, ἡ τετάρτη καὶ ἡ ἕκτη· <ἡ δὲ ἕκτη> μόνους τοὺς ἀπὸ βραχείας δισυλλάβους* (*C* male *τρισυλλάβους*), *ἡ δὲ πρώτη καὶ τρίτη καὶ πέμπτη τοὺς ὅλους δέχονται.*

Prorsus puerilis materia traditur in hac paragrapho in modum scholii conscripta; quam qui in aliis libris de re metrica scriptis excipere solet de metro dactylico tractatus hic deest.

§ 6.

Περὶ ἐλεγείου.

Τὸ ἐλεγεῖον[1]) *μέτρον πεντάμετρόν ἐστι· πέντε γὰρ ἔχει χώρας· τὰς μὲν οὖν τρεῖς συγκειμένας ἀπὸ δακτύλου καὶ σπονδείου*[2]), *ἐνίοτε δὲ καὶ ἀμφίμακρον καὶ παλιμβάκχειον δέχεται ἡ πρώτη καὶ δευτέρα μόνον, ἡ δὲ τρίτη χώρα σπονδεῖον μόνον δέχεται, ἡ δὲ τετάρτη ἀνάπαιστον, ἡ δὲ πέμπτη ἀνάπαιστον ἢ χορεῖον· ἐπὶ παντὸς γὰρ μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία τοῦ στίχου συλλαβή*[3]). *Ἔστι καὶ οὕτω μετρῆσαι· τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον πόδα χρὴ δάκτυλον ἢ σπονδεῖον ἐπιζητεῖν, ἢ καθὼς προείρηται ἀμφίμακρον ἢ παλιμβάκχειον, θεραπευομένους καὶ καθαρῶς*[4]) *ἐν τάξει δακτυλικῇ διακειμένους*[5]), *καὶ μετὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τῶν δύο τούτων ποδῶν χρὴ συλλαβὴν μακρὰν ἐπιζητεῖν, ἀπαρτιζομένην καὶ καταπεραιουμένην εἰς μέρος λόγου, καὶ μετὰ τὴν συλλαβὴν ἄλλους δύο πόδας ἀπὸ δακτύλου μόνου κειμένους, καὶ μετὰ τοὺς δύο πόδας ἐπιζητεῖν χρεὼν συλλαβὴν αὖθις εἰς τὸ πέρας τοῦ ἐλεγειακοῦ στίχου, ἢ μακρὰν ἢ βραχεῖαν, ἐπειδήπερ καθὼς προείρηται ἐπὶ παντὸς μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία συλλαβὴ τοῦ στίχου.*

1) *ἐλεγεῖον καὶ* (pro quo Bern. Marc. Venet., de quibus codicibus conferas Epimetrum IV, bene *ἢ*) *ἐλεγειακὸν* Triclinius Gaisfordianus, solum *ἐλεγειακὸν* Pseudo-Moschopul. 2) *δακτύλ καὶ σπον*[δ,] *C.* 3) Haec de ultimi pedis ratione expositio apud metricos Graecos paene in formulae consuetudinem venit, quam Latini imitati sunt, cf. Mar. Victor. VI 62,28. Diomed. I 503,14. 504,10. Atil. Fortun. VI 284,13, et alias saepe. 4) *καθαρῶσ*[ουσ] *C.* 5) *θεραπευομένους* et *καὶ καθαρῶς ἐν τάξει δακτυλικῇ διακειμένους* inter se coniuncta abundant, quoniam illud idem vult quod hoc: cf. Pseudo-Moschopulum p. 48 *καθαροὶ δέ εἰσιν* (sc. *ἀμφίμακρος* et *παλιμβάκχειος*), *ὅταν ἀπαρτίζωνται εἰς μέρος λόγου, καὶ εἰς φωνῆεν ἢ εἰς συλλαβὴν καθαρὰν λήγωσι, καὶ τὴν ἑξῆς ἔχωσιν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην* ... et Westphal., Metrik d. Gr. I² 210: Unter den *πάθη* verstehen die Metriker 'Fehler' d. i. scheinbare Fehler, die durch Synizesis u. s. w. entfernt werden (*θεραπεία*). Accedit, quod Pseudo-Moschopul. Triclin. scholia B Hephaest. (p. 172,15 ed. Westph.) solum *θεραπευομένους* scripserunt. Ceterum metrici nusquam scribebant *καθαρῶς ἐν τάξει δακτυλικῇ διακειμένους*, sed *καθαροὺς μέντοι καὶ ἐν τάξει δακτύλου* (vel *δακτύλων*) *διακειμένους*. Itaque supra fortasse *καθαροὺς <καὶ> ἐν τάξει κτλ.* scribendum erat.

Tota haec particula minutiis quibusdam praetermissis ad verbum convenit cum eodem Pseudo-Moschopuli capite (p. 48 sq.), a quo paullum discedunt Triclinius (p. 324,31—325,15)

et scholia B Hephaest. (p. 199,14—200,23), latius distant, qui hanc rem obiter tractaverunt, Pseudo-Draco (p. 161,28—162,8), quocum omnino consentit Isaacus Monachus p. 186, et Helias p. 79—80. Hos tamen omnes si inter se comparaveris, et ex verbis et ex compositione facile cognosces eos ex eodem fonte pendere, quem certo iudico fuisse scholia B¹ Hephaestionea. Quam materiam prope omnem ex Byzantinorum doctrina profluxisse non admodum recte videtur explicasse Westphalius (I² 214); nam etiamsi ea, qualis et in hac paragrapho et apud ceteros metricos Byzantinos legitur, quin aetate Byzantina ipsa congesta sit non dubitaverim, nihilo tamen minus censuerim easdem leges, si discesseris ab eo, quod de amphimacro et palimbacchio profertur (quod certe Byzantinorum est), iam antiquioribus temporibus notas fuisse. Metricae enim leges quibus cordi erant quinquies ita feriebant, ut in prima et altera sede duos dactylos, in tertia autem spondeum ponerent, quem tum sequentes faciebant duos anapaestos. Rhythmicam autem qui profitebantur artem totum versum ita dividebant, ut et priori parti et alteri binos dactylos absolutos et semidactylum tribuerent. Pentametri igitur nomen, quod ante Hermesianactem (sub finem saeculi ante Christum natum quarti), in cuius elegiis exstant hi versus (Anthol. lyr. ed. Bergk.² p. 135,35 sq.):

Μίμνερμος δὲ, τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,

me legere non memini, ex metricis legibus fluxit et deinceps ad artem rhythmicam translatum est; cf. locos a Leutschio in libro, qui inscribitur 'griechische Metrik', p. 89 congestos, et Diomed. I 502. 503. Atil. Fortun. VI 291,6. Mar. Victor. VI 107,21. 108,27. 109,10,13,29 etc.; cf. etiam O. Hensium de Iuba artigrapho p. 237 sq. Nam cum versus herous suo iure antiquitus *ἑξαμέτρου*[1]) cognomine appellari posset, distichi versum alterum *πεντάμετρον* non poterant appellare nisi ei, qui rhythmica dotrina neglecta syllabas versus misere numerabant et metricum schema solum respiciebant. Neque tamen sincerior ille explicandi modus a rhythmica doctrina petitus post Hermesianactem prorsus in oblivionem venit.

[1]) Ex eis qui nunc exstant scriptoribus Graecis Herodotus primus, quantum sciam, Pythiam *ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ* (I 47) vel *ἐν ἔπεσι ἑξαμέτροισι* (VII 220) locutam esse ita dixit, ut oraculi versus heroicos significaret.

§ 7ᵃ.

Περὶ ἀνακρεοντείων.

Τῶν ἀνακρεοντείων[1]) *ἐπιδέχονται οἱ μὲν οἶκοι*[2]) *ἀνάπαιστον καὶ δύο ἰάμβους καὶ μίαν περιττὴν συλλαβὴν ἀδιάφορον*[3])· *οἷον*

⏑ ⏑ – ⏑ – <⏑> – ⏑
ἀπὸ τοῦ λίθου τὸ ῥεῖθρον[4]) .

τὸ δὲ τούτων[5]) *κουκούλιον γίνεται ἐξ ἐλάσσονος καὶ μείζονος, τουτέστιν ἀπὸ πυρριχίου καὶ σπονδείου· οἷον*

⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – –
ἀρετῆς[6]) *εὐστεφάνου ἄνθεα* (*C* fol. 51ᵛ) *δρέψας*[7]) .

Ἔστι δὲ <*καὶ*>[8]) *οὕτω μετρῆσαι· ἡ πρώτη χώρα* <*ἐπιδέχεται*>[9]) *ἀνάπαιστον, ἡ δευτέρα ἴαμβον, ἡ τρίτη ἴαμβον*[10]), *ἡ*[11]) *τετάρτη ἀδιάφορον συλλαβήν*[12])· *οἷον*

<⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –>
ἀπὸ τῆς φίλης ἐρήμου[13]) .

καὶ <*πάλιν*>

<⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑>
βλέπε πῶς κόνις τὰ πάντα[14]).

καὶ τὸ κουκούλιον αὐτῶν[15])· ἡ πρώτη καὶ τρίτη καὶ πέμπτη χώρα πυρρίχιον, ἡ δευτέρα καὶ τετάρτη σπονδεῖον, ἡ ἕκτη σπονδεῖον ἢ τροχαῖον[16])· οἷον

Ζαχαρίου μεγάλου πάγκλυτε κοῦρε[17]).

Paragraphus 7[a] leviculis quibusdam exceptis consentit cum illo tractatu, quem Du Cangius in Glossario mediae et infimae Graecitatis col. 728 sq. s. v. *κουκούλλιον* ex Anonymo ms. *περὶ μέτρων* exhibitum affert, quemque Petrus Matranga (Anecd. Graec. vol. I, praef. 31) ex codice Vaticano 97 ita emendavit, ut cum hoc Chisiano ad verbum conveniret[a]); unde efficitur hos tres tractatus omnes ad eundem referendos esse archetypum, cuius auctor hanc materiam ex schol. B[1] Hephaest. sumptam suo arbitrio mutaverit. Nam ex hoc fonte eam profluxisse testantur scholia B[2] p. 184 sq. Pseudo-Draco p. 167 sq. Isaacus p. 191 sq. Helias p. 80 sq. Triclinius p. 333 (qui hanc rem levissime perstrinxit) Pseudo-Moschopulus p. 49 (qui huius paragraphi exordium solum praebet), quos omnes ex scholiis B[1] Hephaestioneis pendere iam supra vidimus. Ex his autem videntur schol. B[2] et Pseudo-Draco, qui exempla quidem omisit, in ceteris autem ab illis omnino non abhorret, et Isaacus ad schol. B[1] proxime accessisse; longius distat, sed huic manuscripto Chisiano simillimus est tractatus Heliae, et, quantum in hoc frustulo iudicari potest, Pseudo-Moschopuli. Quare cum praesertim iam praecedentium particularum Chisianarum maiorem partem intellexerimus artius quam cum ceteris metricis coniunctam esse cum Heliae et Moschopuli tractatibus, recte censere mihi videor congeriem hanc ex eodem quo hos haustam esse archetypo.

1) *Τῶν ἀνακρεοντείων* scripsi cum codice Vat.-Palatino 23 bombycino 4° (fol. 33v), quem Studemundus inspexit. *Τὰ ἀνακρεόν*$^{\tau}$ i. e. *ἀνακρεόντεια C V* (Vaticanus 97, quem Matranga contulit) *A* (Anonymus Du Cangii); quod absurdum quidem, sed fortasse ineptiis horum grammaticastrorum condonandum est. *Τοῦ Ἀνακρέοντος* habet Helias Furiae (Laurentianus teste Studemundo praebet *Τοῦ ανακρέον*$^{\tau}$), quae appellatio, si sequimur Hermannum el. doctr. metr. p. 489, familiaris videtur fuisse. 2) *οἱ μὲν οἶκοι* B[2] et Isaacus, *μὲν οἱ οἶκοι C*, *οἱ οἶκοι μὲν* Vat.-Palatinus 23, *μὲν οἶκοι A*, *μὲν αὐτῶν οἱ οἶκοι V*; *οἱ οἶκοι* vocabula invitis codicibus addenda videntur apud Heliam (*Τοῦ Ἀνακρέοντος ἐπιδέχονται* <*οἱ*> *μὲν* <*οἶκοι*> *ἀνάπαιστον κτλ.*). Quid sibi velit *οἶκος*, explicant Herm. el. doctr. metr. p. 489, Gaisf. in ed. Hephaest.[2] I p. 184, Christius in Anthol. carminum Christianorum, praef. 67. 3) Cum *C* addunt *ἀδιάφορον* Pseudo-Draco Isaacus Triclinius Pseudo-Moschopulus; omittunt *V* Helias schol. B[2]. 4) Hic versus, cui solus Isaacus praefixit versum *ἀπὸ μουσικῶν μελάθρων* sumptum ex Constantin. Siculo I 1 (Theod. Bergk. poet. lyr. III[3] 1085 = Matranga Anecd. II 689), petitus videtur ex carmine quodam ignoto Christiano, de quo vide Bergk. III[3] 1077; idem exstat apud omnes metricos, qui hoc caput tractaverunt excepto Pseudo-Dracone. Adiunxit insuper Helias huic versui quattuor alios his verbis: *λέγονται δὲ διὰ μέλους ἀνὰ τέσσαρας τέσσαρες·* (*ἀνατέσσαρδι τέσσαρες* Laur., *ἀνατέσσαρεσ τεσσάρεσ* Barberinus, *ἀνὰ δ'* Venetus Heliae; *ἀνὰ δ' δ'* Ambrosianus C 222 sup.) *οἷον*

Φίλε μὴ λάθοι' ἐμοῖο b)
ἀρετῆς τρόποισι λάμπων (*ἀρετοῖς* male Ambrosianus C 222 sup.)
ἀγάπης ὅρους φυλάττων
μοναχῶν ἄριστε Μάρκε (sic etiam Ambrosianus C 222 sup. teste Studemundo).

Quibus ex quattuor versibus, quorum 1. 2. 4 (tertius propter homoeoteleuta *ἀρετῆς* — *ἀγάπης* et *λάμπων* — *φυλάττων* omissus est) etiam exstant apud Keilium in Anal. grammat. p. 13, coniecit Hermannus in elem. doctr. metr. p. 489 nonnunquam etiam ex quattuor Anacreonticis *οἴκους* compositos fuisse, quibus deinceps cuculium subiunctum fuerit. Et revera cum ex Pseudo-Dracone p. 167,20, qui docet Anacreontea in cola sex (*οἴκους*) et in duo (*κουκούλια*) dividenda esse, et ex Isaaco p. 192,36 sq., qui explicat duobus cuculiis octo praecedere *οἴκους*, tum ex carminibus Anacreonticis eis, quae Bergkius poet. lyr. III[3] 1078 sqq., Matranga Spicil. roman. IV, Christius Anthol. carminum

---

a) Eandem materiam inveniri in cod. Parisin. 1983 saec. X testatur Cramerus Anecdot. Gr. Paris. I 385.

b) sic Herm. el. doctr. metr. 489; *λάθοις ἐμεῖο* Venet., *λάθῃ ἐμοῖο* Laur., *μάθησ ἐμοῖο* Barberinus Heliae; *λάθοις ἐμοῖο* codex Ambrosianus C 222 sup. in Keilii Analectis.

Christianorum collegerunt, satis apparet Anacreonteorum poetas certas leges non secutos esse. — Quae tum leguntur apud Heliam, omnia desunt in codd. Venet. Barber. [5]) *τούτων C V, τούτου A*, om. Helias. [6]) *ἀρετὴν* male *A*. [7]) Hunc versum, quem praeter Pseudo-Draconem et Pseudo-Moschopulum omnes, quos enumeravi, metrici praebent, vult Matranga depromptum esse ex Sophron. od. XII, v. 36 (Spicil. roman. tom. IV p. 95), ubi hoc cuculium legitur:

Στεφάνῳ θεσπεσίῳ στέμματα πλέξω
Γραφικῶν ἐκ καλύκων ἄνθεα δρέψας.

Quamvis in eo versus contextu, qualis est in *C*, propter hiatum, qui inter *εὐστεφάνου* et *ἄνθεα* intercedit, de vitio cogitare liceat, tamen multo probabilius videtur, quod Bergkius affert, hunc versum fortasse esse cuculium, quod quattuor illis versibus ab Helia adhibitis additum fuerit. Vna cum hoc versu solus scholiasta B² Hephaest. affert

ἁγίων περσιδάμου κόσμον ἀΐων

ubi Saibant. habet *κόσμον ἀειών*, Barocc. *κόσμον ἀεὶ ὤν*; eundem versum docet Hermannus el. doctr. metr. p. 488 se legisse in cod. ms. Augustano cum nota: *ἔστιν ὁ στίχος τοῦ Ἀνακρέοντος οὗτος.* [8]) *καὶ* Helias, om. *C*; *Ἔστι δὲ ὁ στίχος τοῦ Ἀνακρέοντος οὗτος V, τοῦ Ἀνακρέοντος ἡ πρώτη χώρα* etc. *A*. [9]) *ἐπιδέχεται* addidi cum *A*, ne nimis foede hiaret oratio, quamquam hoc verbum et in *C V* deest et apud Heliam. [10]) *ἡ δευτέρα καὶ ἡ τρίτη τὸν* (*τὸν* om. *V*) *ἴαμβον A V.* [11]) *ἡ δὲ V* et Helias. [12]) *συλλαβὴν* om. *V A*. [13]) Hic versus exstat in Sophronii oda V 1 (Spicil. roman. tom. IV p. 66, Gaisf. ed. Hephaest. II 229). [14]) *καὶ πάλιν· βλέπε πῶς κόνις τὰ πάντα* restitui ex Anonymo Cangiano, qui tamen falso habet *πρὸς* pro *πῶς*; *C* haec super verba *οἷον ἀπὸ τῆσ φίλησ ἐρήμου* ab eadem manu scripta sic praebet:

γρ (i. e. *γράφεται*) *καὶ βλέπε πῶς κόνισ τὰ πάντα.*

V hunc versum omisit. Legimus apud Ignatium (cf. Matranga II 664,9):

βλέπε πῶς πάντα κόνις, πάντα δὲ τέφρη.

[15]) *αὐτῶν A, αὐτ̃ C, αὐτοῦ V.* [16]) *ἢ τροχαῖον* omisit Helias, etsi sequentis versus ultima sedes est *κοῦρε* (codex Heliae Laurentianus male *κοῦροι*). [17]) Versus petitus est ex Sophronii oda V 17 (Spicil. roman. tom. IV p. 67; Gaisf. II 230). — Ceterum non omnes lectionis discrepantias ex *A V* descripsi.

§ 7ᵇ.

Ἑτέρα μέθοδος τοῖς ἀνακρέουσιν ἀεὶ συναπτομένη, ὅπερ μέτρον ἀνακλώμενον καλεῖται· ὁ τοῖς ἀνακρέουσιν ἀεὶ συντασσόμενος ἀνακλώμενος ἐξ ἑνὸς τῶν τετρασυλλάβων ποδῶν τὴν σύστασιν ἔχει· [οὗτος γὰρ ἰωνικὸς ἀπ᾽ ἐλάττονος λέγεται τριποδιζόμενος] [1])*· τομὴ δὲ αὐτοῦ μία, ἡ ἐφθημιμερὴς τριῶν ἥμισυ ποδῶν· οὗτος ὁ στίχος γίνεται ἐξ ἰωνικῶν* [a]) *ἀπ᾽ ἐλάσσονος τριποδιζόμενος· οἷον*

⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – –
ἀρετῆς ἔργα φέρειν ἔμπονος ἥβη [2])*·*

<καὶ>

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑
Χριστιανῶν μακάρων ἔλθετε παῖδες [3]).

ἐνταῦθα γὰρ ἡ πρώτη χώρα ἔχει χορίαμβον, ἡ δὲ δευτέρα ἰωνικὸν ἀπ᾽ ἐλάσσονος, ἡ δὲ τρίτη τὸν τρίτον παίωνα [4]) *<διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας>, <καθὰ* [5]) *τῷ ἁγίῳ Σωφρωνίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ>, ἐπειδὴ καὶ τρεῖς χώρας ἔχει τετρασυλλάβους· ἐὰν δὲ δισυλλάβους* [6])*, ἕξ. δέχεται δὲ δισυλλάβους ἐν μὲν τῇ πρώτῃ χώρᾳ τροχαῖον, [καθὰ τῷ ἁγίῳ Σωφρωνίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ] [οὗτος ὁ στίχος ἐν τῇ πρώτῃ χώρᾳ δέχεται τροχαῖον]* [7]) *ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἴαμβον, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ πυρρίχιον, ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ σπονδεῖον, ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ πάλιν πυρρίχιον, ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ πάλιν τροχαῖον <ἢ σπονδεῖον διὰ τὴν ἀδιάφορον>* [8]).

Paragraphum 7ᵇ non omnes, quos enumeravi, metrici, qui § 7ᵃ praebent, receperunt, sed soli scholiasta B² Hephaestionis, Pseudo-Draco, Isaacus: qui tamen, et in his praecipue schol. B²,

---

[a]) Vtrum *ἰωνικῶν* an *ἰωνικοῦ* voluerit librarius, non liquet.

tam religiose sua descripserunt, ut meram fere scholiorum B[1] lectionem reddidisse videantur; *C*, qui, etsi longius ab illis distat, eodem sine dubio fonte usus est, multa depravavit; Helias autem, cui saepius placuit suam ipsius rationem sequi, quamquam eam, quam *C* et ceteri imitati sunt, vel saltem similem huius tractatus imaginem cognovit (cf. adnot. 3), *περὶ ἀνακλωμένου* longe alia verba fecit. Perstrinxisse praeterea hanc doctrinam anonymum quendam docet, si Matrangam l. c. sequimur, Du Cangius s. v. *κουκούλλιον* hisce verbis: .... 'Alter anonymus de metris in eod. cod., ubi *περὶ Ἀνακρεοντείων. Ὁ δὲ τούτων κουκούλιος, ὁ καὶ ἀνακλώμενος, καὶ αὐτὸς ἓξ χώρας ἔχει, ποσὶ δὲ χρᾶται* (sic) *καὶ ἐλάττονι καὶ μείζονι* etc. Infra, *παράδειγμα τοῦ κουκουλίου, τοῦ καὶ ἀνακλωμένου. — Τὰ καθ' ἡμᾶς δακρύων — Ἄξια πάντες, — Καθορῶντες δακρύων — Ῥεύματα χεῖται.*' Quae eadem exempla indidem attulit Bergk. III³ 1077.

¹) Pars uncinis inclusa a librario fortasse male supposita olim in archetypi margine adscripta fuerat ad versum proxime sequentem. ²) Hunc versum, qui sine dubio christiani hominis est, praeter codicem *C* praebent scholiast. Hephaest. et Isaacus; *φέρει C*, *φέρειν* scholiasta et Isaacus; *ἔμπνοος* a Bergkio III³ 1077 receptum, quod solus Isaacus pro *ἔμπονος* habet, respui. ³) Hic versus, quem Bergkius l. c. Sophronii esse voluit, quemque non solum apud scholiastam Hephaest. et Isaacum sed etiam apud Heliam invenimus, in codice Chisiano ad caesuram illustrandam (?) praecedenti additus, apud illos, apud scholiastam dico et Isaacum, postquam uterque de versibus a choriambo incipientibus exposuit, exstat. ⁴) *ἡ δὲ τρίτη τὸν τρίτον παίωνα* recte addidit scriptor Chisianus, contra falso omiserunt schol. B² Hephaest. Pseudo-Draco Isaacus; nam quoniam scripserunt *Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀπὸ χοριάμβου ἄρχεται ὁ τοιοῦτος στίχος, εἶτα ἔχει τὸν ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος, διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας*, satis apparet post *ἐλάσσονος* lacunam esse; in Chisianum autem *διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας*, quae verba apud illos proxime secuntur, recepi. ⁵) *καθὰ* (*C κα*, superscr. *ϑ*) *τῷ ἁγίῳ Σωφρωνίῳ καὶ ἄλλοις ἀρχαιοτέροις δοκεῖ*, quae verba in Chisiano eo loco, quem [ ] uncinis inclusi, leguntur, praecedentibus addidi, ubi ea praebent schol. B² et Isaacus. ⁶) scil. *ἔχῃ*. ⁷) verba uncinis inclusa in archetypi margine olim adscripta fuerant ad versum proxime praecedentem. ⁸) Haec verba ex scholiis B² Pseudo-Dracone Isaaco arcessivi; prorsus necessaria eius modi supplementa non esse haud ignoro.

Leguntur deinde in codice Chisiano duae *περὶ τομῶν* particulae[a]), quarum prior tam foede corrupta est, ut genuina scriptura vix restitui possit, quaeque adeo inter se discrepant, ut eas diversissimae esse originis satis pateat. Vt enim prior pars ex Byzantinis libris doctrinisque profluxit, ita altera prae se fert notam antiquioris temporis. Sed priusquam uberius de hac re dicam, ut ipsa materia oculis obversetur, eam aliquatenus correctam depromam:

§ 8 (inc. *C* fol. 52ʳ).

Τομαὶ τῶν στίχων εἰσὶ πέντε· πενθημιμερής, ἑφθημιμερής, τρίτη τροχαϊκή, τετάρτη τροχαϊκὴ καὶ [τετάρτη]¹) βουκολική.

Πενθημιμερής ἐστιν, ὅταν <μετὰ τοὺς> δύο πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα²) εἰς μέρος λόγου· οἷον

μῆνιν ἄειδε θεά³) (*A* 1)

Ἑφθημιμερής ἐστιν, ὅταν μετὰ τοὺς τρεῖς πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου· οἷον

τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη³)

Τρίτη τροχαϊκή ἐστιν, ὅταν ὁ τρίτος πούς⁴) εὑρεθῇ τροχαῖος καὶ ἀπαρτίζῃ εἰς τέλειον μέρος λόγου· οἷον

<οἰωνοῖσι τε πᾶσι⁵) (*A* 5)>

Τετάρτη τροχαϊκή, ὅταν ὁ τέταρτος⁴) εὑρεθῇ τροχαῖος καὶ ἀπαρτίζῃ εἰς μέρος λόγου τέλειον· οἷον⁶)

<—◡◡—◡◡—◡◡—◡>

---

a) Conf. quae de caesuris ex latinis de re metrica scriptoribus congessit O. Hensius de Iuba artigrapho p. 220, 235.

<*Βουκολικὴ, ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου τέλειον· οἷον*>

Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι (Γ 308)

Ἔστι καὶ ἑτέρα βουκολικὴ, ᾗ οἱ τὰ βουκολικὰ συγγραψάμενοι κέχρηνται.

Paragrapho 8 eisdem fere verbis continentur, quae eadem apud Pseudo-Draconem p. 126,5 sq. Isaacum Monachum p. 186,1 sq. Demetrium Triclinium p. 318,27 sq. leguntur; sed quamvis de communi omnium fonte nullo modo dubitari possit, tamen patet Triclinium plus ceteris a manu scripto Chisiano recedere; affert enim ad demonstrandas caesuras penthemimerem et hephthemimerem, ubi ceteri singula praebent, bina exempla, neque, ut illi, *τετάρτην τροχαϊκὴν* in ordine caesurarum ceterarum collocavit, sed immutatam adiunxit eam hisce verbis: *ἕτεροι* (ita cum optimis codicibus scribendum esse monuit Studemundus in scholis) *δὲ προστιθέασι καὶ ἑτέραν τροχαϊκήν· ἔστι δὲ αὕτη, ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας εὑρεθῇ τροχαῖος λήγων εἰς μέρος λόγου· οἷον*

Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν (Z 6)

Alia sane est haec caesura atque ceterorum, qui de hac re scripserunt, metricorum Byzantinorum, sed nescio an ab ipso Triclinio, cui saepius placuit ab eo, quo utebatur, archetypo recedere et nova immiscere, excogitata. Etenim etiamsi mirum est, quod Pseudo-Draco et cum eo Isaacus eundem quem Triclinius exhibent versum, qui sane apte quadrat ad hanc Triclinii caesuram, tamen de tali caesura, quae nusquam neque apud veteres neque apud Byzantinos docetur, non cogitaverim. Sed credere fortasse licet Triclinium in eo libro, unde haec metrica congesserit, illam Pseudo-Draconis et ceterorum *τετάρτην τροχαϊκήν*, at inepte adscriptum ad eam illustrandam hunc versum invenisse, et ex hoc ipso versu novam *τροχαϊκήν* consulto collegisse. Helias p. 77, qui explicationem de caesuris institutam capiti *περὶ ἡρωϊκοῦ μέτρου* inseruit, *τετάρτην τροχαϊκήν* plane omisit, omninoque hanc rem aliter composuit; apud Pseudo-Moschopulum et in scholiis B² Hephaestioneis caesurarum mentio nulla fit.

[1]) *τετάρτη* additamentum propterea velim deleri, quod hoc loco ineptum est, et ad exemplum praecedentis '*τετάρτη τροχαϊκή*' additum videtur, quodque neque Pseudo-Draco neque Isaacus praebent. Triclinius sane, etsi p. 318,28 *τετάρτη* omisit, p. 319,9, ubi singulas caesuras illustrat, *τετάρτη βουκολική* scripsit, quod tamen etiam Gaisfordius commate interposito non aliter intellegi voluit quam *βουκολικήν* in ordine caesurarum esse quartam. [2]) *ἀπαρτίζουσα συλλαβή* pro *συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα* C. [3]) Haec eadem exempla praebent Pseudo-Draco Isaacus Triclinius; sed hic ad illud addidit

καὶ τό· Ἀτρείδη ποῖον

et ad hoc

καὶ τό· Ἀτρείδη ποῖόν σε ἔπος

[4]) *δεύτερος ποῦς* (sic) et paullo post *τρίτος* C, ubi *τρίτος* et *τέταρτος* substitui. Sed dixerit quispiam fortasse ne opus quidem esse tot correctionibus; nam fac scriptorem consulto dedisse *ὁ δεύτερος πούς*, ubi de tertia trochaica, itemque consulto *ὁ τρίτος*, ubi de quarta trochaica ageretur, exemplum illud *Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε* | apte quadrare ad posteriorem caesuram. Quod tamen negaverim. Nam etsi in C insolitae interdum leges metricae praebentur, ut mira illa de iambis paragraphus, de qua infra p. 24 sq. videas, tamen, quoniam in fine huius paragraphi additum legitur *ἔστι καὶ ἑτέρα βουκολική*, probabile est aliam quandam bucolicam iam praecessisse, eique adscriptum fuisse exemplum *Ζεὺς μέν που κτλ.* Itaque *δεύτερος πούς*, ubi *τρίτος*, et *τρίτος*, ubi *τέταρτος* exspectamus, neglegentiae vel errori grammaticastri adiudicandum videtur. [5]) Hoc colon ex tribus, quos dixi, metricis attuli; C habet *πολλὰς διφθίμους* (sic), quod etiam propterea importunum est, quia ex spondeis constat. [6]) Vocem *οἷον* sequitur in C versus

ζεὺς μὲν που τόδε οἶδε καὶ ἀθάνατοι

pro *Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι*

qui tamen ibi poni debebat, ubi de caesura bucolica explicatur, quo loco ceteri metrici eum adhibuerunt. Quare cum versus

ἠδ' ἔρρηξε φάλαγγα φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκε),*

qui apud ceteros metricos ad *τετάρτην τροχαϊκὴν* demonstrandam exstat, non minus falsus sit, neque omnino apud eos, de quibus agitur, scriptores talis versus Homericus inveniatur, qualis ad hunc locum quadret, eum lacunosum reliqui.

Apparet Byzantinos hoc *περὶ τομῶν* capite omnes eas caesuras complexos esse, quas iam antiquiores in heroico hexametro observaverint, quaeque ab horum doctrina in una caesura bucolica videntur dissentire, sed re vera non dissentiunt. Nam quod Westphalius Metrik d. Gr. I² 212 docet apud omnes Byzantinos caesuram bucolicam post primam quinti pedis syllabam hunc in modum statui

Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι | θεοὶ ἄλλοι,

paulum claudicat; neque enim omnes metrici Byzantini in hoc vitium inciderunt, sed illi soli, quos iam supra dixi artius inter se cohaerere: Triclinius Pseudo-Draco Isaacus; at Helias, quippe qui cum Pseudo-Moschopulo longius ab his distet, recte p. 77 '*ἡ δὲ τετάρτη*, inquit, *τομή ἐστι βουκολικὴ, ἥτις ἐν τέλει τῆς τετάρτης χώρας τε καὶ λέξεως γίνεται, οἷον ἀκολούθως*

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον'

et legitur in tractatu illo metrico editionibus Plutarchi affixo sub II (cf. edit. Wyttenbachii tom. V p. 1286)

'*Τετάρτη δὲ Βουκολική ἐστιν, ὅτ' ἂν ὁ τέταρτος ποῦς* (sic) *δάκτυλος ὢν ἀπαρτίζῃ εἰς μέρος λόγου, ὡς ἐν τῷ*

Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασε. —

Βουκολικὴ δὲ κέκληται, παρ' ὅσον οἱ τὰ βουκολικὰ ποιήματα γράψαντες ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ.'

Quod additamentum ad hanc de caesura bucolica quaestionem enucleandam gravissimum est; neque enim, si materiam metricam in Plutarchi editionibus exstantem cum Pseudo-Draconis tractatu comparaveris, dubitabis, quin utrobique idem fons subfuerit; quod cum ex universa congerie tum ex ea ratione, qua in tractatibus et Pseudo-Plutarchi et Pseudo-Draconis caesura bucolica explicata est, facile cognosces. Pseudo-Draco enim, postquam novam illam, ne dicam falsam, caesuram bucolicam attulit, haec adscribit:

'*κέκληται δὲ βουκολικὴ, παρόσον οἱ τὰ βουκολικὰ γράψαντες ποιήματα ταύτῃ κέχρηνται, ὡς πανταχοῦ εὑρήσεις παρὰ Μόσχῳ καὶ Βίωνι καὶ Θεοκρίτῳ, οἷον*

αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι καὶ Δώριον ὕδωρ. (Moschus epitaph. Bion. 1.)

φεῦγε, κακὸν τὸ φίλαμα· τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.' (Moschus I 27.)

Recte illa doctrina huic simillima in tractatu Pseudo-Plutarchi addita est; sed absurde sine dubio eam Pseudo-Draco adiunxit verbis praecedentibus his:

'*Βουκολικὴ δὲ, ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου τέλειον, οἷόν ἐστι τὸ·*

Ζεῦς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.'

*) *οὐδ' ἔρρηξε* Isaacus; *Τρώων ῥῆξε* Triclinius, quod idem exstat Z, 6.

Compilator Chisianus vel fortuito vel consulto has ineptias sic mutavit:
'ἔστι καὶ ἑτέρα βουκολικὴ, ᾗ οἱ τὰ βουκολικὰ συγγραψάμενοι κέχρηνται.'

Sed scripturam veram et genuinam eam fuisse, qualis in tractatibus et Pseudo-Plutarchi et Pseudo-Draconis legatur, ex eo patet, quod, quantum Pseudo-Plutarchus praebet, alter cum altero plane consentit. Si igitur sic incipiebatur: κέκληται δὲ βουκολικὴ ....., dubium non videtur, quin in eo fonte, unde uterque fluxerit, usitata illa caesura bucolica, quae exstat post quartum pedem absolutum, praecesserit. Accedit, quod nostra illius caesurae, quae post primam quinti pedis syllabam fit, cognitio ad unius scientiam vel inscitiam referenda est (Triclinium enim et Isaacum, qui praeter *C* eandem rem praebent, et cum Pseudo-Dracone conveniunt, ex eodem archetypo pendere docet Epimetrum IV). Quae cum ita sint, certo iudico quisquis materiam in editionibus Plutarchi exstantem descripserit eum veram lectionem exhibuisse; alium deinde quendam legum metricarum haud ita peritum eodem archetypo usum falsa pro veris substituisse; ex cuius congerie fluxisse quidquid apud Pseudo-Draconem Isaacum Triclinium — quippe qui cum alias tum hoc loco sine ratione atque consilio compilaverint — inveniatur; illam autem caesuram, quam hi dicant bucolicam, nusquam in ceterarum caesurarum ordinem receptam fuisse.

§ 9.

Περὶ τομῶν.

Τομαί εἰσι τέσσαρες· πενθημιμερὴς, ἑφθημιμερὴς, κατὰ τρίτον τροχαῖον, τετραποδία βουκολική.

Πενθημιμερὴς δὲ λέγεται, ὅτι τῶν πέντε τὸ ἥμισυ ἔχει, τουτέστι δύο πόδας καὶ μίαν συλλαβήν· οἷον

Ἀτρείδη ποῖον

Ἑφθημιμερὴς δὲ λέγεται, ὅταν μετὰ τοὺς τρεῖς πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου· καὶ λέγεται ἑφθημιμερὴς, ἐπειδὴ τῶν ἑπτὰ τὸ ἥμισυ ἔχει· οἷον

Ἀτρείδη, ποῖόν σε ἔπος

Κατὰ τρίτον δὲ τροχαῖον λέγεται, ὅταν μετὰ τοὺς δύο πόδας εἰς μέρος λόγου τροχαῖος ἀπαρτίζῃ· οἷον

Ἀτρείδη, ποῖόν σε (inc. *C* fol. 52^{v})

Τετραποδία δὲ βουκολικὴ λέγεται, ὅταν ὦσι τέσσαρες πόδες ἀπαρτίζοντες εἰς μέρος λόγου· οἷον

Ἀτρείδη, ποῖόν σε ἔπος φύγεν [ἕρκος ὀδόντων].

Huic particulae in Byzantinis tractatibus, quotquot adhuc novimus, nihil par exstat; at Latinorum cum alii, de quibus postea dicetur, tum praecipue Diomedes lib. III, cap. 16 (I 497 K.) simillimam recepit doctrinam, quam si quis cum hac particula Chisiana comparaverit, similes praecipue significationes eum non effugient, ut 'κατὰ τρίτον τροχαῖον', 'τετραποδία βουκολική'; et 'ubi post duos pedes et unam syllabam pars orationis expletur', quod respondet verbis Graecis 'ὅταν μετὰ τοὺς ... πόδας εὑρεθῇ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς μέρος λόγου'; et 'πενθημιμερὴς δὲ λέγεται, ὅτι τῶν πέντε τὸ ἥμισυ ἔχει', quod Diomedes sic vertit: 'Et ideo πενθημιμερὴς vocatur, quia quinque pedes dividit'; et 'ἐπειδὴ τῶν ἑπτὰ τὸ ἥμισυ ἔχει', quod Diomedes hisce reddit verbis: 'scilicet quia septem dividit..'

Sed accedit aliud et grave momentum; constat enim Westphalio Metrik d. Gr. I[2] 213 teste Diomedem ei tertii libri parti, in qua cum secundo Marii Victorini libro consentiat (p. 500—506), tractatum de versu heroico (quo haec, de qua agitur, caesurarum particula continetur) praefixisse (494—500), quem partim (de caesuris et de vitiis versuum) apud Marium Victorinum p. 64,31 sqq. et p. 67,12 sqq. ita reperiamus, ut de communi utriusque fonte non sit cur dubitetur; hanc autem Diomedis congeriem constat ad eum fontem referendam esse, unde hausta sit Byzantinorum de *πάθεσι κατ' ἔνδειαν* materia. Quapropter cum veteres caesurarum explicationem de versu heroico tractatui inserere soliti sint, de *πάθεσιν* autem *κατ' ἔνδειαν* quidquid apud Byzantinos exstat, id versus heroici proprium sit, quid videtur certius, quam, unde Diomedis de versu heroico tractatus sumptus sit, indidem sumptam esse caesurarum materiam? Quid deinde veri similius, quam supremum eiusdem particulae Chisianae fontem non alium fuisse atque Diomedis, unde ea facile in scholia B[1] Hephaestionea et deinceps in codicem Chisianum transscribi potuit?

Ceterum *τετάρτη τροχαϊκή* auctoritati ceterarum caesurarum per omnia tempora posthabebatur; et quantumcunque metrici inter se consentiunt, hanc, ut cuique visum est, aut praetermiserunt aut quasi appendicis loco attulerunt, ut Diomedes (I 498,4): 'Sunt qui quartum trochaeum in hac caesura collocant, et ex eo *κατὰ τέταρτον τροχαῖον* appellant. ....' et Mar. Victorin. VI 65,23: 'Eodem modo et quartus trochaeus accipietur, qui raro admodum reperietur....'

Omnino autem eadem omissa est et in § 9 et in illo frustulo, quod cuiuscuius est, iure suspicari mihi videor inde originem sumpsisse, unde depromptum sit quidquid Byzantini ex antiquiore de caesuris doctrina sibi vindicaverint; illud dico frustulum, quod ex codice Guelpherbytano, in quo praecedit de *caesuris versuum* et proxime sequitur de *metris* disputatio[1]), erutum Gaisfordius descripsit in metricis latinis p. 580, ubi sic legitur:

'Caesurae versuum sunt quattuor, id est penthemimeres, <h>ep<h>t<h>emimeres, t<r>itos trochaeos, tetarte bucolicon. Penthemimeres caesura fit, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis. Hephthemimeres caesura fit, quotiens post tres pedes remanens syllaba orationis partem determinat. Tritos trochaeos fit, quotiens in tertia regione pars orationis finitur cum trochaeo[2]). Tetarte bucolicon fit, cum in quarta regione pars orationis cum fine sensus dactylo terminatur, his exemplis:

Nate, meae vires, mea magna potentia solus
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille[3])

Sed ex his quattuor caesuris[4]) duae primae ad legem scandendorum versuum sunt dicatae, ceterae vero duae posterorum technicorum sunt omissae.'

[1]) Vtramque hanc disputationem intellegere sibi videtur Gaisfordius nihil aliud esse quam studiosi hominis collectanea ex eisdem scriptoribus congesta, ex quorum operibus Isidorus Hispalensis libros originum conscribillaverit (cf. p. 577). Sed in uno Guelpherbytano interiectum esse hunc pannum. [2]) *trochaeo* recte Iac. Frid. Heusinger; cod. Guelph. male *dactulo*. [3]) Hic versus (Aen. I 668) in cod. Guelph. praecedit; sequitur prior (Aen. IV 13); qui interponendi erant versus, desunt; cf. quae Heusinger ad hunc locum adnotavit. [4]) Hoc explicandi genus spectat ad illum libellum, qui in cod. Guelph. non ita multum praecedit (cf. 573—576), quique inscribitur: '*I*sidori iunioris *Hispal*ensis Episcopi grammaticae artis nomina graeca et latina notata.' Vbi p. 576:

'Penthemimere*s* syllaba remanens post duos pedes
Hephthemimere*s* syllaba post <t>er<tium>
Tritos trochaeos syllaba post quartum remanens
Tetarte bucolicon syllaba post quintum remanens.'

triton trochaeon et tetarten bucolicon male explicari patet; cf. Heusingeri adnot.

§ 10.

Μέτρον[1]) ἐστὶ ποδῶν ἢ βάσεων σύνταξις αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς παραλαμβανομένη.[2]) παρέπεται τῷ μέτρῳ ἑπτά[3])· γένος, εἶδος, σύνταξις, τομή, μέγεθος, σχέσις, ἀπόθεσις. καὶ κατὰ ποιότητα μὲν τέσσαρα[4])· τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος καὶ ἡ σύνταξις καὶ ἡ τομή· κατὰ δὲ ποσότητα τρία· μέγεθος, σχέσις, ἀπόθεσις[5]).[6])

Γένος ἐστὶ μέτρου[7]) ἡ πρὸς ἄλληλα[8]) τῶν ἀντιπαθῶν ἐπιπλοκή, ὡς δακτυλικὸν πρὸς ἀναπαιστικόν. Ἐπιπλοκή ἐστι συγγένεια μετρικῶν εἰδῶν ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλα μετάγουσα. Εἴδη ἐπιπλοκῆς τρία· δυαδικὸν τρίσημον, ὡς τροχαϊκὸν καὶ ἰαμβικόν, δυαδικὸν τετράσημον, ὡς τὸ δακτυλικὸν[9]) καὶ τὸ ἀναπαιστικόν, τετραδικὸν ἑξάσημον, ὡς τὸ ἀντισπαστικόν, χοριαμβικόν[10]), ἰωνικὰ δύο[11]).

Εἶδός[12]) ἐστι μέτρου μετρικὴ ποιότης, καθ' ἣν ἐς τὸ αὐτὸ τυγχάνει[13]), οἷον τροχαϊκόν, ἀναπαιστικόν· εἴδη γὰρ μέτρου[14]) θ̄[15])· ἰαμβικόν, τροχαϊκόν, δακτυλικόν, ἀναπαιστικόν, χορ[ε]ιαμβικόν, <ἀντισπαστικόν>[16]), ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος, ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος, παιωνικόν.

Σύνταξίς ἐστι μέτρου σύνοδος ποδῶν, καθ' ἣν ὁρᾶται, πότερον ἁπλοῦν ἐστιν ἢ σύνθετον· ἁπλοῦν μὲν ἐξ[17]) ἑνὸς ποδός, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ στίχων τινῶν, οὐκ ἐπὶ ποιήματος[18])· οἷον

Ἀτρείδης· τὼ[19]) δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουνακξέσθην[20]).

σύνθετον δὲ τὸ ἐκ διαφόρων ποδῶν· <οἷον>

Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον[21]).

Τομὴ δ' ἐστὶν εὐπρεπὴς ἀπαρτισμὸς λέξεων[22]).

Μέγεθος δὲ [ὡς ὅταν τὰ μὲν ᾖ τεταγμένα, τὰ δ' ἄτακτα· || ἀπόθεσις δὲ ὡς ὅταν εἴπωμεν τὸ μὲν ἀκατάληκτον, τὸ δὲ καταληκτικόν][23]) μέτρου[24]) ἐστὶ ποδῶν ἢ συλλαβῶν[25]) καὶ ὑγειῶν ποσότης[26]), οἷον τρίμετρον, τετράμετρον[27]).

Σχέσις δέ ἐστι μέτρου ποδῶν σύνθεσις ἄτακτος ἢ τεταγμένη[28]).

Ἀπόθεσις δέ ἐστιν ἀποτερματισμὸς μέτρου διάφορος[29]), εἰς συλλαβὴν ἢ πόδα ἢ συζυγίαν[30]).

Haec paragraphus, qualis in *C* exstat, etsi Byzantinis temporibus composita est, tamen quaedam eius vestigia iam ex antiquioribus doctrinis colligere licet. Sed ut a metricis Byzantinis, quorum tractatibus haec materia continetur, initium sumam, Pseudo-Draco (p. 125. 126) et Triclinius (p. 318. 319) eam Chisianae tam congruam praebent, ut ex hac emolumenti non multum redundet; sed quoniam ex aliqua parte scholia B Hephaestionea et, quod proxime dixi, frusta antiquiora in comparationem vocanda sunt, me non piget, quidquid observavi, aliquot quae sequentur adnotationibus mandare.

[1]) ἕτερον male *C*. [2]) παραλαμβανόμενον Tricl.; in Longini prolegomenis ad Hephaestionis enchiridion (p. 142,11 Gaisf.) legitur: Τεκμήριον μέτρου ἀκοή. Ἔνιοι γοῦν οὕτως ὡρίσαντο· μέτρον ἐστὶ ποδῶν ἢ βάσεων σύνταξις αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς παραλαμβανομένη. [3]) Pseudo-Draco: παρέπεται δὲ τῷ μέτρῳ τέσσαρα· γένος, εἶδος, σύνταξις, τομή; quae tamen de his exponit, ea cum Chisiano et Triclinio consentiunt. [4]) δ'' *C*. [5]) ὑπόθεσισ *C*. [6]) Verba illa quae sunt καὶ κατὰ ποιότητα μὲν τέσσαρα .... et proxime κατὰ δὲ ποσότητα τρία ... bene addidit solus *C*. [7]) μέ^τρ *C*. [8]) προσάλληλρσ *C*. [9]) δυαδικὸν *C*. [10]) χορειαμβικὸν *C*; hac scriptura librarii hic illic usi sunt; cf. Helias p. 81 περὶ ἀνακλωμένου; scripturam χοριαμβικόν certiores testes secutus restitui. [11]) ὡς τὸ ἀντισπαστικὸν καὶ χοριαμβικόν Draco; καὶ om. Tricl.; ἰωνικὰ δύο male omisit uterque. — Obiter epiplocam perstrinxerunt schol. A Hephaest. ad caput enchiridii Γ, quod est περὶ ποδῶν (p. 23); multo uberius eam explicaverunt schol. B p. 175,16. 176,16. 177,23. Adde, quod Westphalius Metr. d. Gr. I[2] 202 de communi harum de epiploce explicationum origine satis, ut videtur, probabiliter affert: 'An die Darstellung der πόδες schliessen die Schol. B die ἐπιπλοκή an. Hephaestions Encheiridion sagt nichts von ihr; doch ist zu denken, dass seine ausführlicheren Schriften dies Capitel,

welches bei Heliodor*) eine so grosse Bedeutung hat, nicht unberücksichtigt liessen. Die Scholia A, namentlich die Saibantianischen, haben die ἐπιπλοκή zur Erlaeuterung des hephaestioneischen Capitels περὶ ποδῶν vielfach herbeigezogen; in den alten ὑπομνήματα war sie also an dieser Stelle behandelt. Ebendaher wird auch die ἐπιπλοκή der Schol. B entlehnt sein, obwohl die hier uns vorliegende ausserordentlich wortreiche Fassung von der ursprünglichen Darstellung der ὑπομνήματα durchaus verschieden sein muss. Sehr verkürzt ist, was Pseudo-Draco p. 125 und Triclin. p. 318 Gaisf. aus derselben Quelle über die ἐπιπλοκή mittheilen.'

A scholiorum B ratione non multum discrepans Mar. Victor. eandem rem tractavit, neque ulla dubitatio accurate conferentem subibit, quin, unde scholiorum tractatus ortus sit, indidem originem traxerit congeries grammatici latini. Marius enim Victorinus lib. I cap. 18 (VI 63) haec scribit, quae ab Iuba originem ducere statuit Hensius de Iuba artigrapho p. 224 sqq.:

'De epiploce id est metrorum amplexione.

Nunc de metrorum conexionibus, quas epiplocas Graeci appellant, dicemus. adiectione enim et detractione per syllabas et tempora iis accidentia metra variantur. dicta autem epiploce, id est amplexio, a metricis eo, quod copulari metra metris diversa his adiectionibus vel detractionibus aut etiam translationibus videantur. harum species sunt tres, quarum prima trisemos, secunda tetrasemos, tertia hexasemos dicitur, ex eo quod e tribus et quattuor et sex temporibus subsistant, quae *additis vel* detractis ab initio versus primis syllabis diversa metrorum genera informant. quarum prima erit *ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τρίσημος*, id est cum iambicis trochaica conexa variantur in species duas utrasque trisemas, ut diximus, temporum trium. in coniugatione vero hexasemoe sunt, id est temporum sex. nam iambico versui, ut est

paratus omne Caesaris periculum,

si adieceris longam, efficies trochaicum, ut

o paratus omne Caesaris periculum.

rursus trochaico si detrahas primam syllabam, iambicum efficies, etc.'

Cum his comparanda sunt praemissis eis, quae iam supra adnotavi, schol. B p. 176,5 sqq.:
ἐκτίθημι καθαρὸν ἴαμβον τόνδε

*Ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί**).*

τούτου εἰ ἀφέλοις τὴν πρώτην συλλαβήν, τὸ καταλειπόμενον γίνεται τροχαϊκόν, ἀπὸ τοῦ τριμέτρου τρίμετρον, ἀπὸ ἀκαταλήκτου καταληκτικόν· καὶ αὖ πάλιν εἰ ἀφέλοις, ἰαμβικὸν γίνεται τὸ τροχαϊκόν. Οὐ μόνον δ' ἐν ταῖς ἀφαιρέσεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς προσθέσεσι τὸ τοιοῦτον τῆς ἐπιπλοκῆς διασώζεται. φέρε γάρ, τῷ προειρημένῳ στίχῳ εἰ προσθείην κατὰ τὴν ἀρχὴν μακρὰν συλλαβήν, πάλιν γίνεται τροχαϊκόν·

Νῦν ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί..'

Rem institutam porro tractat Mar. Victor. 63,29 (ex Iuba):
'at cum dactylicis anapaestica sociantur similiter, *ἐπιπλοκὴν δυαδικὴν τετράσημον* faciunt, ut

arma virumque cano:

huic si accesserint duae breves, fiet anapaesticum, ut

ades arma virumque cano:

rursus adiecta longa fiet dactylicum, ut

pro ades arma virumque cano.'

---

*) cf. O. Hense, Heliodoreische Untersuchungen, p. 102; Iuba apud Mar. Victor. VI 94,6 sqq.

**) Aeschyl. apud Nauck. Trag. fragm. p. 35. cf. etiam Mar. Plot. VI 518,7 K, ubi de puro iambico trimetro verba facit.

In scholiis B p. 176,22 sqq. haec legimus:

'ἔστω στίχος ὅλος δακτυλικὸς

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσε. (ι 39)

τούτου τοίνυν πρώτην ἀφελὼν συλλαβὴν τὸ λειπόμενον γίνεται ἀναπαιστικόν· καὶ αὖ πάλιν, ἐὰν τὰς ἑξῆς ἀφέλῃς βραχείας δύο συλλαβάς, γίνεται δακτυλικόν

Θέν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσε.

ἢ κατὰ τὴν ἀρχήν, ἐὰν προσθῶ δύο βραχείας, ἀναπαιστικὸν τὸ εἶδος γίνεται

Ὅτε Ἰλίοθεν.'

Pergit Mar. Victor. p. 64,1 (ex Iuba): 'Quod adaeque ut supra per duas species variatum est, dactylici et anapaestici, et ideo *δυαδική*, id est duarum amplexio, tetrasemos autem propter quattuor tempora, quibus uterque pes extenditur, appellatur, qui in coniugationem copulati octasemi fiunt. Observabis autem in hac specie semper duas breves aut adicere aut detrahere, longam unam, quia est uterque pes trisyllabos. tertia *ἐπιπλοκή* est in ionicis duobus et choriambo et antispasto, quae *τετραδική* hexasemos dicitur, id est amplexio quadra: quattuor enim pedes sibi mutuo conectuntur; temporibus autem sex constant....'

Exempla quae secuntur omitto, neque minus ea, quae in scholiis B exstantia ad haec pertinent, quoniam eadem, quam antea observavimus, ratione exhibita sunt; sed arcesso ex scholiis B (177,1) quae cum ea Marii Victorini particula, quam proxime descripsi, conferenda sunt; legimus enim haec:

'*Τὸ αὐτὸ οὖν ποιεῖ καὶ πάσχει τὸ ἀναπαιστικὸν, πλὴν ὅτι τὰς δύο βραχείας κατὰ τὴν ἀρχὴν ὑφαιρεῖται, ἢ προσλαμβάνει μίαν μακράν. Δεῖ οὖν σε, ὅταν λαμβάνῃς δυαδικὴν τετράσημον, ἐὰν μὲν μακρὰν εὑρίσκῃς, μίαν ἀφαιρεῖν· ἐὰν δὲ βραχείας δύο, μίαν προστιθέναι μακράν· καὶ οὕτω σοι τὸ μὲν δακτυλικὸν γίνεται ἀναπαιστικὸν, τὸ δὲ ἀναπαιστικὸν δακτυλικόν.*'

Mar. Victor., postquam exempla ad *τετραδικὴν ἑξάσημον* pertinentia inseruit, addit (ex Iuba) p. 64,25:

'ad summam omnis *ἐπιπλοκή* propriis pedibus nulla intermixtione aliorum subsistens suis usque ad ultimum pedibus terminabitur. sin autem alios admiserit, variabitur. nam familiare est utrisque ionicis trochaicas sibi bases admiscere. ergo sincerum *μονοειδές*, mixtum autem *ὁμοειδές* vocabitur.'

Ad quod spectat, quod idem Victorinus lib. II, cap. 9 (p. 94,11) (ex Iuba; cf. Hense l. l. p. 283) docet:

'Nam *τετραδικὴ ἐπιπλοκή* et *δυαδική*, id est quadrua et binaria amplexio, huic versui, qui ionicus anaclomenos vocatur, diversitatem varietatemque fecerunt. etenim antispastica et choriambica et utraque ionica metra de quadrua amplexione subsistunt; iambica vero et trochaica, sicut supra docuimus, de binaria. evenit autem ut choriambica et antispastica iambicis coniugationibus, ionica vero trochaicis, quae sunt diversarum amplexionum, misceantur...'

Vides, quamvis Mar. Victor. (vel potius Iuba) in detrahendis vel addendis syllabis aliam quam scholiasta ingressus sit viam, tamen alterum cum alterius doctrina cohaerere.

[12]) Cf. Longin. proleg. p. 145 (Gsf.) not. u, ubi docetur legi in Saibantiano .... *λέγεται καὶ* <*ε*>*ἰδικῶς ἕκαστον μέτρον, τὸ δακτυλικὸν, ἢ ἰωνικὸν, ἤ τι τῶν τοιούτων*.... Deinde 146,10: *Μέτρον καλεῖται καὶ εἶδος ἑκάστου· ὡς ὅταν εἴπω μέτρον Ἰωνικὸν, καὶ μέτρον ἰαμβικὸν, καὶ μέτρον τροχαϊκόν.* Et 149,19: *Διαφέρει δὲ εἶδος καὶ γένος, ᾗ γένος μέν ἐστι τὸ πρωτότυπον, εἰς εἴδη διαιρεθῆναι δυνάμενον· εἶδος δὲ, τὸ ἀπὸ τοῦ γένους διῃρημένον, οἷον εἴ τις λέγοι ζῷον γένος, εἴδη δὲ αὐτοῦ ἄνθρωπον, ἵππον καὶ τὰ λοιπά. Οὐκοῦν γένος μέν ἐστιν ἡ συλλαβή,*

εἴδη δὲ αὐτῆς βραχεῖα καὶ μακρὰ καὶ κοινὴ καλουμένη. 13) τυγχάνει scripsi cum Pseudo-Dracone et Triclinio; τυγχάνουσιν C. 14) με^τρ' C (similia compendia infra quoque occurrunt). 15) ἐννέα om. Triclinius Gaisfordii, in cod. Bern. recte additum legitur δέκα (Marc. et Venet. ῑ), quoniam Triclin. metrum anacreonteum in ordinem πρωτοτύπων recepit. 16) ἀντισπαστικόν in C deest, quod quam metrici soliti sunt rationem secutus, optime post χοριαμβικὸν interposuisse mihi videor; apud Pseudo-Draconem exstat ἀντισπαστικὸν καὶ παιωνικόν, apud Triclinium παιωνικὸν ἀντισπαστικὸν καὶ ἀνακρεόντειον. 17) ἑξ deest apud Pseudo-Draconem; sed supplendum videtur cum C propter σύνθετον δὲ τὸ ἐκ διαφόρων, quod proxime sequitur. 18) ποιημάτων Pseudo-Draco et Triclinius. 19) aut ἀτρείδη τῷ aut ἀτρείδης τῷ C per scripturae compendium; post τῷ inc. C fol. 53r. 20) γουναζέσθαι C, ut videtur; Triclinii codd. Bern. Marc. Venet. Ἀτρείδη δ'ἄρα τούτω ἐκ δίφρων γουναζέσθην, nisi quod Bern. γουνάζεσθαι; Harl. et Pseudo-Draco Ἀτρείδης· δ'ἄρα τούτω ἐκ δίφρων γουναζέσθην. Ceterum δ'ἄρα τούτω falsum esse docent cum Homer. Λ, 130 tum hic locus, quo spondei stare debent, et Mar. Plotius lib. III, cap. II (VI 500,14 sq. K.), ubi de metris agit: .....'Additur enim dactylico quidem spondeadeum, unde etiam apud Homerum invenitur versus omnibus spondeis constans:

Ἀτρείδης· τὼ δ'αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην.'

Diomedes III (I 496,11) talem versum ex solis spondeis constantem affert, ubi de figuris versus heroici loquitur:

'Versus heroicus recipit figuras triginta duas. Aut enim ex omnibus spondeis erit, et ob hoc spondiazon dicitur, qui vix apud Latinos invenitur, raro apud Graecos est, aut erit huius modi versus monoschematistus, id est unius figurae, ut si facias

aut levis lamnas lento ducunt argento.'

21) ἐκπέρσαι C. — ἐκπέρσαντες ἐΰκτίμενον Pseudo-Draco; legitur autem Φ 433:

Ἰλίου ἐκπέρσαντες ἐΰκτίμενον πτολίεθρον (sic vulgo)

Ἴλιον . . . . Aristarchea lectio videtur, cf. La Roche ad hunc v.

22) Pseudo-Draco et Triclin.: Τομὴ δὲ μέτρον (μέτρον om. Tricl.) ἐστὶν εὐπρεπὴς ἀπαρτισμὸς λέξεων (λέξεων om. Harl.; add. Bern. Marc. Venet.) ἐν μέσῳ στίχων (στιχῶν Triclin. Gaisf. male) ἀνανεούμενος; docet deinde Pseudo-Draco: καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἡρωϊκῷ μέτρῳ. Apud utrumque secuntur singulae caesurae, de quibus supra dictum est. Quae deinceps leguntur in Chisiano, ea Pseudo-Draco plane silentio praeteriit, at Triclinius longe aliis verbis expedivit. 23) καταληκτὸν C. Pannus uncinis inclusus constat ex duabus partibus, quarum prior usque ad || lineas post 29) suum locum olim videtur habuisse, posterior aliquo modo ad 30) pertinet. 24) με^τρ' C. 25) συ^λλ C. 26) ποσό^τ C. 27) τρίμε^τρ. τετράμε^τρ C. 28) τεταγμένοσ C. 29) διαφόρως C, ut videtur. 30) εἰς συ^λλ' ῆ^δ πό ῆ^γ' συζυ C.

§ 11.

Τῶν δὲ μετρικῶν οἱ μὲν ἀπὸ στοιχείου[1]) *ἤρξαντο, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μέτρου· ἀλλὰ τὸ μὲν γραμματικῆς ἴδιον, τὸ δὲ ἐντελεστέρας δεόμενον ἀκοῆς· διὸ ἄμφω ἐάσας ὁ Ἡφαιστίων ἐκ τοῦ περὶ συλλαβῆς*[2]) *ἤρξατο. ἀλλ' οὐδὲ ταύτης ὅρον δέδωκεν ὡς ἐπταισμένων· αἱ μονογράμματοι γὰρ οὐχ ὑπάγονται τῷ ὅρῳ τῆς συλλαβῆς, ὡς πολλάκις δέδεικται: — τέλος σὺν θεῷ τῶν μετρικῶν: —*

Quibus similia leguntur in Longini prolegomenis (p. 142,7 Gaisf.) et in Bekkeri Anecdotis Graecis vol. II, p. 730 in scholiis ad Dionysii Thracis grammaticam conscriptis.

1) στοι^χ' C. 2) aut συλλαβῆς aut συλλαβῶν C per scripturae compendium.

§ 12.

Postquam libelli finis eis, quae supra descripsi, verbis (*τέλος σὺν θεῷ τῶν μετρικῶν*) in *C* indicatus est, statim in proximo versu sequitur in *C* haec de iambis disputatio, quae in tres partes dividenda est:

I.

Quarum prima cum scholiis B² Hephaestioneis (pag. 181,27—182,10) ad verbum fere consentit. Legimus enim haec:

Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον ἐστὶ μὲν ἑξάμετρον[1]*, διαιρεῖται δὲ εἰς δύο. Καὶ τὸ μὲν*[2] *αὐτοῦ καλεῖται κωμικόν τε καὶ τραγικὸν*[3]*, ᾧ καὶ τῶν παλαιῶν οἱ πολλοὶ*[4] *κατεχρήσαντο*[5]*· δέχεται δὲ*[6] *τοῦτο ἐν μὲν τῇ πρώτῃ καὶ τρίτῃ καὶ πέμπτῃ βάσει πόδας έ, λέγω δὴ*[7] *δάκτυλον, σπονδεῖον, χορεῖον, ἀνάπαιστον, καὶ τὸν ὁμώνυμον*[8] *ἴαμβον, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ καὶ τετάρτῃ (*τοὺς ἀπὸ βραχείας ἀρχομένους, τουτέστιν ἀνάπαιστον, <χορεῖον καὶ>*)*[9] *ἴαμβον, ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ἴαμβον ἢ πυρρίχιον· δεῖ γὰρ αὐτὴν πάντως εἶναι*[10] *δισύλλαβον, καὶ τὴν πρὸ τέλους ἔχειν βραχεῖαν*[11]*. Τὸ δὲ ἕτερον*[12] *τοῦ ἰαμβικοῦ μέτρου*[13] *μέρος καλεῖται καθαρόν τε καὶ τρίμετρον· τούτῳ δὲ*[14] *ὀλίγοι τῶν ἀρχαίων ἐχρήσαντο.*

1) *μὲν ἑξάμετρον* *C* schol. B², *τρίμετρον* cod. Barberinus I 4 saec. XIV. bombyc. fol. 4ᵛ sq. (Barb.), quem Studemundus cum hoc scholiorum B² capite (Gaisf.² pag. 181,27—182,13) contulit. 2) *καὶ τὸ μὲν* *C* Barb.; *τὸ μὲν γὰρ* schol. B². 3) *τραγικόν τε καὶ κωμικὸν* rectius schol. B² Barb. 4) *πλεῖστοι* Barb. 5) *ἐχρήσαντο* schol. B². 6) *δὲ* om. Barb. 7) *λέγω δὴ* om. schol. B² Barb. 8) *τὸν ὁμώνυμον* om. Barb. 9) Inde a (* usque ad *) om. Barb.; *χορεῖον καὶ* om. *C*. 10) *εἶναι πάντως* schol. B² Barb. 11) ita *C* Barb., *τὴν μὲν πρὸ τέλους εἶναι βραχεῖαν, τὴν δὲ ἐπὶ τέλους ἀδιάφορον* schol. B². 12) inc. *C* fol. 53ᵛ. 13) *μέτρου* om. schol. B². 14) *γὰρ* pro *δὲ* Barb.

IIª.

Ἐγράφη δὲ ὄπισθεν περὶ τούτου[1]*.*

Τὰ ἡμιάμβεια, ἃ καὶ ἰάμβων[2] *κόμματα καὶ τομὰς ἄλλοις λέγειν δοκεῖ, περιττὰ μέν εἰσιν, ἃ παρὰ τοῖς τραγικοῖς τε καὶ κωμῳδοῖς καί τισι τοιούτοις εὑρήσεις· ὀλίγα δὲ ἡμεῖς θεωρήσαντες εἴπωμεν, δι᾽ ὧν καὶ ἔσται καταλαβεῖν καὶ γνῶναι·*

<ᾱ.> Ἔστι τῶν ἓξ ποδῶν τὸ ἥμισυ μετὰ καὶ μιᾶς συλλαβῆς τρίμετρον λεγόμενον ἀκατάληκτον· διότι τριποδίαν ἐπιδέχεται καὶ περιττὴν συλλαβήν· οἷον

σφοδρὸν πόθον κέκτησο.

<β̄.> Ἄλλο τρίμετρον ἀκατάληκτον, ὃ καὶ τρισίαμβον ἀκατάληκτον λέγεται· διότι τρεῖς ἰάμβους καὶ περιττὴν συλλαβὴν δέχεται· οἷον

λιμὴν γαληνὲ, χαῖρε.

ὁρᾷς ἀνόμοιον τοῦτο ἐκείνῳ· ἐκεῖνο μὲν τὴν δευτέραν μόνην χώραν ἴαμβον ἐδέξατο, κατὰ τὸν ἀπαιτοῦντα κανόνα, τὰς δ᾽ ἄλλας δύο σπονδείους, τὴν μέντοι τελευταίαν καὶ περιττὴν συλλαβὴν βραχεῖαν, διότι ἀρχή ἐστιν ἐκεῖθεν τοῦ τετάρτου ποδός· τοῦτο δὲ τὰς πάσας ἰάμβους.

γ̄. Ἄλλο τρίμετρον καταληκτικὸν, εἴτουν τετράμετρον· οἷον

τοῖς ἐν ζάλῃ βιωτικῇ.

δ̄. Ἄλλο δίμετρον ἀκατάληκτον· οἷον

ἔρεισμα χαῖρε.

ε̄. Ἄλλο δίμετρον καταληκτικὸν, εἴτουν τρίμετρον σῶον· οἷον

τοῖς προστρέχουσί σοι.

IIᵇ.

ϛ. *Τοῦ Αἰσχύλου·*

μελεόπονος μελεοπαθής· (Sept. c. Theb. v. 963)

τρίμετρος[3]) *καταληκτικός*[4])*· μετρεῖται γὰρ οὕτως· μελεό*[5]) *χορεῖος, πονος*[6]) *ἴαμβος· πονος*[7]) *γὰρ μακρὸν διὰ τὰ δύο σύμφωνα· μελεο*[8]) *πάλιν χορεῖος, παθής*[9]) *πάλιν ἴαμβος· ὡραῖος οὗτος ὁ ἡμίαμβος καὶ οὐ κατὰ τοὺς ἄνωθεν, ἕνα χορεῖον καὶ ἕνα ἴαμβον, καὶ πάλιν ἕνα χορεῖον καὶ ἕνα ἴαμβον δεχόμενος.*

Τοῦ αὐτοῦ·

ἴτω γόος, ἴτω δάκρυα· (v. 964)

τρίμετρος ἀκατάληκτος. μετρεῖται γὰρ οὕτως· ἴτω ἴαμβος, γόος ἴ χορεῖος, τω δάκρυ δάκτυλος· εἶτα ἡ περιττὴ συλλαβή.

Τοῦ αὐτοῦ·

ἔκανες ἔθανες· (v. 965)

δίμετρος σῶος, ὁ καὶ διχόρειος ἢ χορειακὴ ταυτοποδία· μετρεῖται γὰρ οὕτως· ἔκανες χορεῖος, ἔθανες χορεῖος.

Τοῦ αὐτοῦ·

αἰαῖ ἐέ[10]) (v. 966)

καὶ οὗτος δίμετρος, ἀλλ' ἀνόμοιος τοῖς προτέροις· ἐν μὲν τῇ πρώτῃ χώρᾳ σπονδεῖον δέχεται, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ πυρρίχιον, τὸν ἴαμβον ἀποβαλών.

[1]) *τοῦ* C. Is qui librum Chisianum scripsit, vide quam fideliter de exemplo illo, quo utebatur, rettulerit!
[2]) *ἴαμβον* hic eodem modo usurpatur, quo fit veluti apud Heliodorum, cf. O. Hense, Heliodor. Untersuch. p. 84 sq.
[3]) *τετράμετρος* falso *C.* [4]) inc. *C* fol. 54ʳ. [5]) *μέλεο C.* [6]) *πόνος C.* [7]) *τόνος C.* [8]) *μέλεο C.* [9]) *παθης C.*
[10]) *αἶαῖ ἔἔ C*, de quarum interiectionum scriptura infra videbimus.

In particulis IIᵃ et IIᵇ, quibus neque par neque simile quidquam inveni, mira ac fere insana praebetur doctrina, quae ab illorum, quos novimus, de re metrica scriptorum legibus prorsus discrepat. *Μέτρον* enim, si codicis *C* auctoritati fides habenda est, in compositis significat pedem; *δίμετρον* igitur *ἰαμβικὸν* versus est duorum, *τρίμετρον* trium pedum iambicorum, quod si integrum sive acatalectum, quod vulgo vocatur, est, *σῶον* appellat. Deinde a *σῶον* profectus auctor metrum semipede auctum, quod vulgo dicunt *ὑπερκατάληκτον εἰς συλλαβήν*, nominat *ἀκατάληκτον*; uno pede maius quam *σῶον* vocat *καταληκτικόν*.

Hanc materiam etsi apparet ab uno auctore esse compositam, tamen non aequo modo totam scriptam esse facile intellegitur. Nam praeterquam quod auctor in particula IIᵃ scripsit *τὰ ἡμιάμβεια* et propterea deinceps *τρίμετρον* ... *δίμετρον* ..., in particula autem IIᵇ *ὁ ἡμίαμβος* et hac de causa *τρίμετρος* ... *δίμετρος* ..., hanc alteram longe aliter atque praecedentem congessit; in priore enim cum suo quodque metrum signo notavit et inde a trimetro certa lege usque ad dimetrum catalecticum descendit, alteram uno numero ϛ̄ usus eius ordinis, quem in Iᵃ servavit, ratione omnino non habita, quasi in appendice addidit. Fortasse igitur particula IIᵇ deprompta est ex antiquiore aliquo metrico, qui descendentem sensim sensimque deminutum rhythmum exemplo Aeschyleo illustraverat, cuius in locum postea Christianus homo exempla ex Christiano poeta petita substituit. Ad hanc opinionem illud quoque quadrat, quod antiquiore modo et more *τρίμετρος* vocabulum etc. legitur ad Aeschyleum exemplum adscriptum, *τρίμετρον* etc. ad Christianum. Accedit, quod in IIᵇ scriptum invenitur *ὡραῖος οὗτος ὁ ἡμίαμβος καὶ οὐ*

κατὰ τοὺς ἄνωθεν, et deinde ἀνόμοιος (sc. δίμετρος) τοῖς προτέροις; οἱ autem ἄνωθεν ἡμίαμβοι et οἱ πρότεροι δίμετροι quales hic intelleguntur neque in particula II^a neque apud Aeschylum praecedunt; exstitisse igitur illos veri non dissimile videtur apud antiquum illum metricum in ea materia, quae hanc particulam II^b praecesserit. Iam vero exstat in codicis Chisiani folio 53^v frustulum maximi ad rectum de § 12, II^b iudicium faciendum momenti (cf. § 14), quod olim cum § 12 aliquo modo cohaesisse et nescio qua causa videtur abruptum esse. In illa enim paragrapho 14 eadem de ἡμιηρωϊκοῖς doctrina exemplis Christianis illustrata praebetur, quae in § 12, II^a de ἡμιαμβείοις; et suspicari licet utramque particulam ab eodem homine conscriptam esse, excidisse autem fortasse in codice Chisiano post § 14 particulam eisdem quibus § 12, II^b legibus congestam, ad cuius exemplum idem auctor Christianus sua de ἡμιηρωϊκοῖς composuerit; plura vide in paragrapho 14.

Mira sane videtur et paene inepta doctrina, quae in his particulis praebetur; neque tamen spernendae sunt variae lectiones reliquiarum Aeschylearum in § 12, II^b exstantium, quas quis nostris servaverit temporibus ignoro. Neque enim ex poetarum scaenicorum Graecorum scholiis neque aliunde ne levissimum quidem vestigium colligere licet. Quod tamen non magnopere mirum est. Nam ut constat scholia illa, quae hodie circumferantur, Aeschylea non integrius Mediceo habere fundamentum, ita certum est haec fragmenta Chisiana testes esse archetypi cuiusdam antiquioris, ex cuius collatione si liceret fructus capere non dubito quin crisis Aeschylea in statum meliorem redigi possit. Sane hoc frustulum magni est ponderis ad emendandos Aeschyli versus in Sept. c. Theb. 961—966 (ed. Dindorfii quint.), de quibus videas infra p. 30 sqq.

III^a.

Pars III^a, quae minutiis exceptis cum scholiis B² Hephaestioneis (p. 183,9—24) consentit*), versuum aliquot Euripideorum, qui ei inserti sunt, meliorem quam codices Euripidei lectionem videtur servasse.

Legimus autem haec:

Πόσοι τῶν ἰαμβικῶν μέτρων χαρακτῆρες; τέσσαρες· τραγικός, κωμικός, σατυρικός, ἰαμβικός. [1])

Καὶ ἐστὶ τραγικοῦ μὲν ἴδιον, τὸ ἐκ σπονδείου καὶ ἰάμβου συγκεῖσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐξ ἑνὸς τῶν τρισυλλάβων· [2]) *οἷον*

> *Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα*
> *Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ'* [3]) *ἡ Κάδμου κόρη.* (Eur. Bacch. 1. 2.)

Κωμικοῦ δὲ [4]) *ἴδιον τὸ* [5]) *ἐκ τρισυλλάβων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον συγκεῖσθαι· οἷον*

> *ἣ* [6]) *φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὀμόσαι* [7]) *καθ' ἱερῶν.* (Aristoph. Ran. 101.)

Τοῦ δὲ σατυρικοῦ ἴδιον [8]) *τὸ μέσον τοῦ* [9]) *τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ·* [10]) *οἷον*

> *ἦν δ'* [11]) *ἄγκος ὑψίκρημνον ὕδασι διάβροχον.* [12]) (Eur. Bacch. 1051.)

Τοῦ δὲ ἰαμβικοῦ ἴδιον τὸ ἐκ δισυλλάβων συγκεῖσθαι καί, εἰ δυνατὸν [13]), *ἐξ ἰάμβων·* [14]) *οἷον*

> *πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε.* [15]) (Archiloch. fragm. 94 (Bergk, poet. lyr. II³, 710)

---

*) Conf. de eis scriptoribus de re metrica, qui similia docuerunt, O. Hense 'de Iuba artigrapho' (in Actis societ. philol. Lips. IV) p. 251 sq.

III^b.

16) *Τίς ἀπρεπὴς ἐν τῷ ἰάμβῳ τομή; ἡ κατὰ συζυγίας·* 17) *οἷον*

Χρυσάσπιδες χαλκασπίδων λοχαγέται. 18)

1) Schol. B^2: *καὶ οὕτω πως ἰδίως λεγόμενος ἰαμβικός.* 2) Schol. B^2: *ἴδιον τὸ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἐκ σπονδείων καὶ ἰάμβων συγκεῖσθαι, σπανίως δὲ καὶ ἕνα τρισύλλαβον ἐπιδέχεσθαι.* 3) *πόθ'* C et schol. B^2; de his versibus vide infra p. 34. 4) *δὲ δὲ* C. 5) Schol. B^2 *τὸ καί.* 6) pro *ἢ* habent schol. B^2 male *καί.* 7) *ὀμόσαι* C et schol. B^2. 8) Schol. B^2: *ἴδιον δὲ σατυρικοῦ.* 9) *τοῦ* C, *εἶναι* schol. B^2. 10) schol. B^2 add. *ἤγουν δέχεσθαι καὶ τοὺς τρισυλλάβους μὴ κατακόρως.* 11) *ἢ δ'* schol. B^2.
α
12) *ὑψίκομον ὕδεσι διάβροχον* C, *ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρομον* schol. B^2. De hoc versu, qui quod satyrico generi tribuitur mirum est, vide infra p. 35. 13) inc. C fol. 54^v. 14) Schol. B^2: *ἴδιον δὲ ἰαμβικοῦ τὸ δισυλλάβους μόνους ἐπιδέχεσθαι πόδας, καὶ μάλιστα ἴαμβον.* 15) *λυκάβα* C. Hoc versu et graecos et latinos de re metrica scriptores saepe usos esse constat: conf. O. Hense 'de Iuba artigrapho' p. 254 sq. 16) Marius Victorinus lib. II, cap. IV (VI 79,24), ubi de iambico metro agit, similia haec docet, quae ad Iubam artigraphum referenda esse probabiliter statuit O. Hense l. c. p. 253 sq. 'Pessimus autem, qui singula verba in dipodiis habet, qualis est,

Praesentium | divinitas | caelestium |.'

17) *συζυγ'* C. 18) Fragmentum antea, quod sciam, ignotum tragicum (Euripidis?) colorem prae se fert, quamquam raro apud tragicos graecos trimetros iambicos ita incisos esse, ut post pedem alterum et quartum terminatis vocabulis quadrisyllabis pronuntiandi intercapedo fieret, satis constat: conf. quae Ricardus Porson in supplemento ad praefationem Hecubae Euripideae praemissam (edidit Iacobus Scholefield, Cantabrigiae 1851 pag. 17 sqq.) de similibus versibus in universum recte, in singulis nimis religiose praecepit. — Ceterum bonam et antiquam in hac particula (III^b), quae ad caput *περὶ τομῶν* pertinet, doctrinam inesse inde quoque apparet, quod trimeter iambicus appellatur *ὁ ἴαμβος.*

Postquam descripta sunt quattuor iamborum genera, in codice Chisiano aliquot tractatus subsecuntur, qui maximam partem ex bibliothecarum claustris iam prodierunt, quosque, ne oleum et operam perdam, brevissime tangam:

§ 13.

Βαρβαρισμός ἐστι λέξις ἤτοι περὶ τὰ στοιχεῖα ἢ τὰς προσῳδίας ἡμαρτημένη· διαφέρει δὲ
. . . .

Περὶ Σολοικισμοῦ. Σολοικισμός ἐστι λόγος περὶ τὴν σύστασιν τῶν λέξεων ἡμαρτημένος
. . . .

De his particulis ipso codicis Chisiani apographo Studemundiano inspecto egit Georgius Scheps in libello de soloecismo Argentorati 1875 conscripto p. 57.

§ 14.

Περὶ ἡμι<η>ρωϊκῶν.

Ἔστι<ν> ἡμι<η>ρωϊκόν, ὃ ἐκ τριῶν δακτύλων καὶ μιᾶς ἀπηρτισμένης περιττῆς συλλαβῆς ἀδιαφόρου σύγκειται· οἷον

ἅρπασον, ἅρπασον, ἄφθιτέ, με.

ἔστι καὶ 1) *ἡμι<η>ρωϊκόν, ὃ κατὰ μὲν τὴν πρώτην χώραν σπονδεῖον, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας δύο δακτύλους δέχεται καὶ κατὰ τὴν τελευταίαν συλλαβὴν μίαν συλλαβὴν ἀπηρτισμένην καὶ ἀδιάφορον. οἷον*

μηδ' 2) *ἔργοις μογέοιμι κακοῖς.*

ἕτερον ἐκ δύο δακτύλων καὶ συλλαβῆς συγκείμενον· οἷον

χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης. 3)

Eadem lege, qua in § 12, II^a tres iambi una adiecta syllaba ancipite *ἡμιάμβεια* appellantur, in § 14 *ἡμιηρωϊκά* constant ex tribus dactylis addita una syllaba ancipite. Ut autem iambico versui ita etiam heroico spondeos immiscere licet; et in § 12, II^a primum allatum est *ἡμιάμβειον*, cui inserti sunt spondei, in § 14 *ἡμιηρωϊκόν*, quod ex solis dactylis compositum est, in illa deinceps *ἡμιάμβειον* ex solis iambis constans, in hac *ἡμιηρωϊκόν*, cuius primus pes spondeus est. Inde profectus qui has leges conscripsit, ad alia *κόμματα* vel *τομάς* (cf. § 12, II^a) transiit et his quoque nomen '*ἡμιάμβειον*' (et '*ἡμιηρωϊκόν*') indidit. Quanti autem momenti sit haec § 14 ad recte de § 12, II^a et II^b iudicandum iam supra memoratum est.

[1]) *ἔστι καὶ*] *καὶ ἔστιν C.* [2]) *μήδ' C.* [3]) Unde sumpti sint versus, qui huic paragrapho inserti sunt, nescio Christianae videntur esse originis.

§ 15.

Περὶ λέξεως.

<Λ>έξις ἐστὶ φωνὴ ἐγγράμματος[1]) *μέρος λόγου παριστᾶσα· τῶν δὲ λέξεων αἱ μέν εἰσι ποιητικαί, αἱ δὲ κοιναί, αἱ δέ κατὰ διάλεκτον· διάλεκτοι δέ εἰσι πέντε· ἰάς, ἀτθίς, δωρίς, αἰολὶς καὶ κοινή. Ἰὰς ἐκλήθη ἡ τῶν Ἰώνων ἀπὸ Ἴωνος, τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης, Ἐρεχθέως θυγατρός·*[2]) *ἀτθὶς δὲ ἡ τῶν Ἀττικῶν,*[3]) *ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ θυγατρός· δωρὶς δὲ ἡ τῶν Δωριέων, ἀπὸ Δώρου, τοῦ Ἕλληνος παιδός· αἰολὶς δὲ ἡ τῶν Αἰολέων ἀπὸ Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνός τινος παιδός· κοινή, ᾗ πάντες χρώμεθα· ἀτθίδι ἔγραψεν Ἀριστοφάνης, ἰάδι Ὅμηρος, δωρίδι*[4]) *Θεόκριτος, αἰολίδι Ἀλκαῖος, κοινῇ*[5]) *Πίνδαρος.*

Haec paragraphus fragmentum est longioris tractatus a Joanne Philopono conscripti, quod idem omissis eis, quae de dialecto attica allata sunt, Bachmannus in Anecd. graec. II 423 e cod. graec. Nr. 282 bibl. Caesar. Vindob. publici iuris fecit. Cf. praeterea Gregor. Corinth. (ed. Schäfer) p. 9. 10. et Gramm. Leydens. ad Schaef. Gregor. Corinth. p. 628.

[1]) *εὐγράμματος* male *C.* Saepissime apud grammaticos Byzantinos *ἐγγράμματος* cum *φωνή* coniunctum invenitur, quod Priscianus II 1, 8 (ed. Keil.) 'vox literata' vertit, i. e. quae scribi potest; contra 'vox illiterata' (*φωνὴ ἀγράμματος*) quae scribi non potest. [2]) *θυγαθρὸς C.* [3]) *ἀττικῶν* ex *ἀτθικῶν* correxit in *C* prima manus. [4]) *δωρῖδι C.* [5]) *κοινῇ διαλέκτῳ* usum esse Pindarum pervulgata apud homines Byzantinos fuit opinio; cf. Gregor. Corinth. p. 12 not. 31, p. 13 not. 32.

§ 16^a.

[1])*Περὶ διαφορῶν*[2]) *τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου.*

Τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου διαφοραὶ ζ'· κατενόπλιον, περιοδικόν, σαπφικόν, βουκολικόν, ὑπόρρυθμον,[3]) *τέλειον, πολιτικόν.*

Κατενόπλιον δύο δάκτυλοι κτλ . . . . Τινὲς δὲ καὶ ὄγδοον προστιθέασι τὸ προβάθμιον,[4]) *ὅπερ*[5]) *ἀρετὴ ἂν εἴη ἡ καλλίστη ἐν μέτρῳ,*[6]) *ὃ καὶ ἀπὸ μιᾶς συλλαβῆς ἀρχόμενον μίαν μέχρι τέλους προστίθησι συλλαβήν, ὡς τὸ* (*Γ* 182)

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.[7])

ἔχει δὲ καὶ ἄλλην ἀρετὴν οὗτος ὁ στίχος, ὅλος ὢν κλητικός, ὥσπερ τὸ ἥρως Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων ἐσθ'[10]) *ὅλος.*

Paragraphum 16^a, quae saepissime apud metricos Byzantinos occurrit, invenies in scholiis B Hephaest. p. 190—191, apud Triclinium p. 326 sq., Pseudo-Draconem p. 139, Isaacum p. 183, Moschopulum p. 146, Heliam p. 78, necnon in capitibus illis metricis, quae Plutarchi editionibus adfixa circumferuntur (cf. Wyttenbach, edit. Plutarch., tom. V, 1283 sq.). Quos omnes ex

communi fonte derivatos esse etsi dubitari nequit, tamen accuratius ceteris cum manuscripto Chisiano consentiunt Helias et Pseudo-Plutarchus, qui uterque ad illud tam prope accedit, ut ne vitia quidem eadem evitaverit. At octavum differentiarum genus, quod ferunt *προβάθμιον* vel *ἡλιοειδές* (*ἑλικοειδὲς* habet Triclinii codex Bernensis) vel *κλιμακωτόν*, soli Pseudo-Draco et Triclinius exhibent; cf. eorundem genus nonum (*ἐμπερίβολον*).

[1]) inc. *C.* fol. 55ᵛ. [2]) *διαφόρων C.* [3]) *ὑπόριθμον C.* [4]) *προβάθμιον* ex Triclinio arcessivi; *προςβάθμιον C.* [5]) ὁ$^{πς'}$ *C.* [6]) aut *εὔμε*$^{τρ'}$ aut *ἔνμε*$^{τρ'}$ *C.* [7]) *ὀλβιόδαιμον C.* [8]) inc. *C.* fol. 56ʳ. [9]) Conferendi fortasse sunt hi versus Iliadis: A 102, H 322, N 112. [10]) aut *εὐθ'* aut *ἐσθ' C.* Verba corrupta videntur esse.

§ 16ᵇ.

Congesta sunt in hac paragrapho pauca, quae sescentiens apud Byzantinos exstant, de pedibus, quos versus heroicus recipiat. Incipit *Οἱ ἡρωϊκοὶ στίχοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γίνονται* . . . . desinit *τὰ δ' ἄλλα πάντα δέχεται ὁ ἡρωϊκὸς στίχος.*

§ 17.

Sequitur de pedibus caput, quod minutiis exceptis leviterque mutatis exemplis in collectionibus Byzantinis saepius occurrit. Incipit

Περὶ ποδῶν δισυλλάβων.

Πούς[1]) *ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν· ὁ μὲν ἁπλοῦς δύο ἢ καὶ τριῶν, ὁ δὲ σύνθετος ἀπὸ τεσσάρων μέχρις ἕξ· πόδες εἰσὶν ἁπλοῖ δυοκαίδεκα, ὧν δισύλλαβοι μὲν τέσσαρες, τρισύλλαβοι δὲ ὀκτώ, τετρασύλλαβοι δὲ ιϛ΄, πεντασύλλαβοι δὲ λ, ἑξασύλλαβοι δὲ ξδ΄. καὶ δισύλλαβοι μὲν οἵδε· σπονδεῖος ἐκ δύο μακρῶν = τετράχρονος· οἷον ἥρως· πυρρίχιος ἐκ δύο βραχειῶν δίχρονος· οἷον λόγος* etc. etc. Desinit *ἐπίτριτος τέταρτος ἐκ τριῶν μακρῶν = καὶ βραχείας ᴗ ἑπτάχρονος· οἷον Καλλίξεινος. Τὸ*[2]) *δὲ τῶν ποδῶν ἐπώνυμον ἐπὶ πολλῶν τάττεται· καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ἐπὶ τοῦ πηδαλίου τῆς νηὸς* (*C* fol 57ᵛ) *καὶ ἐπὶ* . . . . .[3]) *ους ποδὶ διαλέγεται, καὶ ἐπὶ τῶν στοιχείων* (sic) *δὲ ὁμοίως λέγεται.*

Invenitur haec paragraphus apud Isaacum Monachum in Bachm. Anecd. graec. II, 177—179, Pseudo-Moschopulum p. 49. 50, cum quo ad verbum convenit cod. Venet. Marcian. class. XI, 1 fol. 26ʳ med. — fol. 26ᵛ med., in Crameri Anecdot. graec. Parisin. p. 383. 384, alibi.

[1]) *Πούς C.* — Pseudo-Draco p. 127, 8: *Πούς ἐστι μετρικῶν σύστημα συλλαβῶν, ἐν αἷς γνωρίζομεν τὸ τοῦ μέτρου εἶδός τε καὶ μέγεθος*; cf. etiam Grammat. Ambrosian. in Nauckii Lexic. Vindob. p. 266, ubi hae et similes insuper pedis definitiones collectae sunt, schol. A. Hephaest. p. 22 (Gsf.), schol. B. p. 163, 15. [2]) De hoc frusto vide Triclin. p. 317, 9—11. [3]) Nonnullae litterae in apographo Studemundiano casu perierunt.

§ 18.

Sequitur deinceps in codice Chisiano carmen centum versuum metro iambico currentium, in quo Joannes quidam Cretensis Botaniatae cognomine, qui archivarii (*Ταβουλλαρίου*) munere fungebatur, Isidoro diacono et archivario Chio eiusdem metri leges exponit. Hoc carmen alibi publici iuris fiet, quoniam angustiae spatii huic programmati scholastico concessi prohibent, quominus hic describam. Post hos versus in *C* secuntur denique christiana et excerpta ex variis philosophis aliaque in modum *ἐγκυκλίου παιδείας*, quam vocamus, excerpta.

Propter easdem, quas modo dixi, spatii angustias Epimetrum IV, quod supra p. 5 me subiuncturum esse promisi, alii occasioni seponere invitus cogor.

Epimetrum I.

De versibus, qui exstant in Aeschyli Sept. c. Theb. vs. 961—966 (ed. V. Dind.).

Legitur in Aeschylo (ed. Dindorf):

ΑΝΤΙΓΟΝΗ
(961) *παισθεὶς ἔπαισας.*
ΙΣΜΗΝΗ
σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.
(962) *ΑΝ. δορὶ δ' ἔκανες.*
ΙΣ. δορὶ δ' ἔθανες.
(963) *ΑΝ. μελεόπονος.*
μελεοπαθής.
(964) *ΑΝ. ἴτω γόος. ΙΣ. ἴτω δάκρυ.*
(965) *ΑΝ. πρόκεισαι ΙΣ. κατακτάς.*
(966) *ΑΝ. ἐὴ ἐή, μαίνεται γόοισι φρήν.*

in codice Laurentiano:

'Ισμ

'Ισμ Η παισθεὶσ ἔπαισασ· — σὺδ' ἐ'θανεσ κατακτανὼν·
— δορὶδ' ἔκτανεσ· — δορὶδ' ἔθανεσ·
— μελεόπονοσ· — μελε — οπαθήσ·
— ἴτω γόοσ — ἴτω δάκρυα·
— προ κείσεται κατακτάσ· ἠέ ἠέ
μαίνεται γόοισι φρὴν· etc.

Huic loco emendando etsi maximam operam dederunt editores, tantum abest, ut idem censuerint, ut in diversissimas abierint opiniones.

Ad versum 961 adnotat Henricus Weil (in edit. Aeschyl.): 'Sequitur altera planctus pars, carmen amoebaeum, quod constat proodo, stropha (addo 'antistropha') epodo. Carminis ea lex est, ut per alternas vices sorores versus totos dimidiosve canant sententia similes, mensura pares. Perspexit hoc Hermannus, neque tamen debebat, verbis abusus, proodum et epodum in minutissimas strophas antistrophasque discerpere. Ab illa lege paulum discedit proodi initium: nam trimetri cola inter se partiuntur sorores, quae ad maiorem aequalitatem revocare frustra tentabant Lachmann aliique. Ceterum recte editores Antigonae, et natu et ingenio maiori, primas partes dederunt, Ismenae secundas, quamquam in libris haec planctum praeit.'

Revera versu 961 totius proodi (vs. 961—965) aequalitas[1]) corrumpitur; neque immerito eum emendare temptabat Lachmannus; scripsit enim:

ΑΝ. παισθεὶς ἔπαισας.
ΙΣ. ἔθανες κατακτάς.[2])

Sed contendat licet alteram partem priori debere parem esse, hanc emendationem incertam esse ipse confitetur. Emendatio autem ea, quam in quintam poetarum scenicorum Graecorum editionem recepit Guilelmus Dindorf, *θάνες κατακτάς* (cf. Lexic. Aeschyl. s. v. *θνήσκω* et *κατακτείνω*) non plus habet auctoritatis, quam Lachmanni et Westphalii, qui in prolegomenis ad Aeschyli tragoedias p. 144 proposuit:

<σὺ> παισθεὶς ἔπαισας· σὺ δ' ἔθανες κατακτάς.

Omnino in hoc emendatores videntur errasse, quod *κατακτανών* quidem recte in *κατακτάς* mutari, *ἔθανες* autem intactum iacere voluerunt. Neque tamen vocabulum *κατακτάς*, si metri aequalitatis rationem habemus, aliud in Aeschyli archetypo vocabulum praecessisse potest, quam quod ex duabus constaret syllabis longis. Nam ut *κατακτάς* mensurae vocabuli *ἔπαισας* respondet, ita ante *κατακτάς* vocabulum substituendum est, cui respondeat *παισθείς*. Difficile sane est in re

[1]) cf. H. K. in 'Philol. Anzeiger', VI 83 sq.
[2]) cf. C. Lachmann, de choricis systematis tragicorum p. 94.

incertissima certum facere iudicium; sed quamquam ἔθανες κατακτάς verba apte ita inter se videntur coniungi, ut similem ei quam in παισθεὶς ἔπαισας invenimus figuram efficiant, tamen nescio an κεῖσαι pro ἔθανες substituere liceat. Totius enim proodi sensum rationemque metricam accurate examinantem vix effugiet versum 965 προκείσεται κατακτάς suspicionem movere; in quo emendando editores maximam navarunt operam. Iam Hermannus πρόκεισαι κατακτάς scribi et haec verba Antigonae adiudicari iussit, deinceps autem verba πρόκεισαι φονευθείς invito codice suppleri eaque Ismenae vindicari. Weilius Prienum secutus versum proxime praecedentem ἴτω γόος — ἴτω δάκρυ[α] [1]) in proodi fine ponendum stropharumque lamentationibus praemittendum esse contendit; versum autem πρόκεισαι κατακτάς illum praecedere voluit. Et revera versus ἴτω γόος — ἴτω δάκρυ proodum aptissime mihi videtur concludere; versum autem πρόκεισαι κατακτάς ita dirimendum esse, ut πρόκεισαι Antigonae, κατακτάς Ismenae tribuatur, omnino negem. Nam si versuum 847 sqq. [2]) rationem habueris et legem, qua composita est proodus, perspexeris, concedes quod Antigona exclamet, ad alterum fratrem, ad alterum, quod exclamet Ismena, referendum esse.[3]) Crediderim igitur προκείσεται κατακτάς verba ex κεῖσαι[4]) κατακτάς aliquo modo depravata olim in archetypo eo loco, quo qui hodie supersunt libri Aeschylei σὺ δ' ἔθανες κατακτανών praebeant, exstitisse; a manu deinde recentiore ad κεῖσαι clarius explicandum superscriptum fuisse σὺ δ' ἔθανες, ad κατακτάς autem formam usitatiorem κατακτανών; glossema superscriptum pro genuino versu postea receptum et hunc ipsum in fine proodi additum esse. Ad quam sententiam nescio an illud quoque quadret, quod scriptor paragraphi 12, II^{b} versum προκείσεται κατακτάς non praebet.

Iam transeam ad versum μελεοπόνος — μελεοπαθής, qui quo modo scribendus sit, unus Weilius videtur perspexisse; reliqui enim μελεοπόνος non παροξυτόνως, sed προπαροξυτόνως, quod codices habent, usi sunt, cum appareat in tota proodo Antigonae verba sensum praebere activum, Ismenae contra passivum. Cf. Goettling, die Lehre vom Accent der griechischen Sprache p. 84, Merleker, die wichtigsten Regeln über die griechischen Accente p. 62 etc. Magnam exemplorum vim collegerunt Lobeck ad Phrynichum p. 647 sqq., Schirlitz 'de sermonis tragici per Euripidem incrementis', in paginis praecipue 56. 57. 71. 75, veluti δοριπόνος, μητροκτόνος, αὐτοφόνος etc.

Restat, ut de versu δορὶ δ' ἔκτανες || δορὶ δ' ἔθανες dicam. Eodem ingenii acumine, quo alias eminuit, Hermannus vidit ἔκτανες depravatum in ἔκανες mutandum esse; quae quidem mutatio hac libri Chisiani lectione comprobatur. At δορὶ δ' bis positum utrum codicibus Aeschyleis testibus retineamus an librum Chisianum secuti resecemus, dubium est; quaeritur enim, utrum hic versus post ἴτω γόος — ἴτω δάκρυ ponendus sit an locum suum ante μελεοπόνος — μελεοπαθής servare debeat. Quem qui libro Chisiano obsecutus post ἴτω γόος — ἴτω δάκρυ ponet, propter syllabarum numerum in singulis proodi versibus non accrescentem, sed sub finem praecipue sensim deminutum δορὶ δ' delere debebit; qui eum ante μελεοπόνος — μελεοπαθής poni volet, δορὶ δ' retinebit.

---

[1]) Editiones veteres adnotat Blomfieldius habere ἴτω δάκρυα — ἴτω γόος, quem ordinem primus commutaverit Brunckius; pro δάκρυα autem, quam lectionem codex Chisianus una cum Laurentiano ceterisque libris Aeschyleis praebet, Lachmannus metri causa proposuit δάκρυ, eumque ad unum omnes secuti sunt. [2]) vs. 847 sqq:

τάδ' αὐτόδηλα· προὔπτος ἀγγέλου λόγος·
διπλαῖ μέριμναι, δίδυμ' ἀ[γα]νόρεα κακ[ά],
αὐτοφόνα, δίμο[ι]ρα τέλε[ι]α τάδε πάθη.....

Utriusque igitur fratris cadaver in scaena adest. [3]) Hermannus ad vs. 932 (cf. edit II 350) adnotat '.... Polynicis maxime casum Antigona, Eteoclis Ismena dolet.' [4]) Ceterum moneo κεῖσθαι pro 'mortuum iacere' apud Aeschylum saepius occurrere; cf. Pers. 325, Agamemn. 1285. 1438. 1446, Choeph. 895.

Attamen versuum ordinem, quem libri Aeschylei praebeant, immutare vix licet, cum *μελεοπόνος* ad *ἔκανες* et *μελεοπαθής* ad *ἔθανες* retro spectet, et versum *ἴτω γόος* — *ἴτω δάκρυ* proodi ultimum esse veri simile sit. Quodsi quis nihilo minus librum Chisianum sequi malit, is putet oporteat ipsam alterius sororis lamentationem contineri verbis *ἔκανες* et *αἰαῖ*, alterius *ἔθανες* et *ἐέ* verbis.

Tota igitur proodus sic fortasse scribenda est:

ΑΝ. παισθεὶς ἔπαισας.
ΙΣ. κεῖσαι κατακτάς·
ΑΝ. δορὶ δ' ἔκανες.
ΙΣ. δορὶ δ' ἔθανες.
ΑΝ. μελεοπόνος.
ΙΣ. μελεοπαθής.
ΑΝ. ἴτω γόος.
ΙΣ. ἴτω δάκρυ.

Secuntur deinceps in libro Chisiano interiectiones *αἰαῖ ἐέ*, quae gravissimae sunt ad emendanda exordia strophae et antistrophae (vs. 966. 978 Dind.); utrobique enim in codicibus Aeschyli exstat *ἠὲ ἠέ* (supra *ἠέ ἠέ*, infra *ἠὲ ἠὲ* in codice Laurentiano).

Diserte quidem demonstravit Hermannus *ἠὲ ἠὲ* inter sorores distribuenda esse; sed longius debebat progredi; neque enim solum patet Aeschylum has interiectiones per alternas vices cani voluisse, sed etiam alteri sorori aliam interiectionem, aliam alteri esse tribuendam; et recte monuit Weilius, quod sorores canerent, id sententia esse simile. In utraque autem interiectione eundem fere sensum inesse loci, quibus hae interiectiones exstant, docent, et Dindorfius in Lexico Aeschyleo *αἰαῖ*[1]) appellat interiectionem, qua luctus vel fletus exprimatur, et *ἐέ* (quod constanter, sed falso in *ἐή* mutavit) interiectionem dolentis. *Αἰαῖ* igitur et *ἐέ* ad hoc de quo agitur carmen amoebaeum aptissime quadrant. Simili autem modo apud Euripidem et Sophoclem hae interiectiones et inter se coniunctae et sese excipientes leguntur. Legimus enim apud illum:

Alcest. 873 sq.	*ΑΔΜΗΤΟΣ.*	αἰαῖ.
	ΧΟΡΟΣ.	πέπονθας ἄξι' αἰαγμάτων.
	ΑΔ.	ἐέ.
id. 889 sq. (in antistropha)	*ΑΔ.*	αἰαῖ.
	ΧΟΡ.	πέρας δέ γ' οὐδὲν ἀλγῶν τίθης.
	ΑΔ.	ἐέ.
Hippol. 594.	*ΦΑΙΔΡΑ.*	αἰαῖ ἐέ.
apud hunc:		
Trachin. 1081.82.		αἰαῖ, ὦ τάλας, ἐέ
Deinde ἐέ praeposito		
Electr. 827.	*ΗΛΕΚΤΡΑ.*	ἐέ αἰαῖ,

cui in antistropha vs. 840 respondet *ἐέ, ἰώ*.

Contendit sane Dindorfius in Lexico Aeschyleo p. 100 *ἐέ*, 'quae et per se mira foret interiectio, et cui nihil simile exstet, et quae versibus pluribus convellatur, quorum metrum iambum postulet, nusquam pyrrhichum,' omnino non exstitisse, sed ubique et in tragicis et in Aristoph. Vesp. 316 *ἐή* restituendum esse, 'quo vel simplici vel duplicato usi sint tragici'. Sed primum quidem mirum

---

[1]) Hermannus ad Soph. Ai. 370, Phil. 1094, O. R. 1307 observavit *αἶ θρηνητικόν* nunquam simplex poni, sed ubique geminari.

est, quod ne uno quidem loco in libris manu scriptis ἐή scriptum est.[1]) Itaque cum in tragicorum codicibus (et Aristoph. Vesp. 316) saepe ἒέ (vel alio modo diremptis et spiritibus accentibusve insignitis vocalibus) legatur, num credibile est id librarios ubique pro ἐή supposuisse?[2]) Deinde quam causam Dindorfius exhibet ἒέ interiectionem pluribus versibus convelli, quorum metrum iambum postulet, nusquam pyrrhichium, ea sane nihil momenti habet; suo enim iure iam Hermannus docuit in elem. doctr. metr. p. 248: 'Illud quidem certum est minimeque dubium, non modo in interiectionibus, ut ἒ ἒ, ἰὼ ἰώ, ἰδοὺ ἰδού, et similibus brevem syllabam pro longa haberi, pariterque hiatum sine offensione admitti, sed eandem licentiam etiam in aliis vocibus concedi, si eae vel antecedant istiusmodi interiectionibus, vel ipsae eis similes sint.' Accedit hic locus Aeschyleus, cui sine ulla dubitatione ἒέ forma vindicanda est. Neque enim ἐή substitui potest, neque alia interiectio ulla aptior est, quam ἒέ; nam aut egregie fallor aut, ut prior syllaba αἰ respondet priori ἒ, ita alteri αἶ altera ἕ respondeat oportet.

Ubicunque igitur haec interiectio (ἒέ) inveniatur, eam, nisi aliae emendandi causae exstent, retinendam et Dindorfii ἐή spernendam esse censeo.

Illum tamquam in parergo tangam locum, quo Dindorfius ἐή restituendum esse pro ἠέ, quod libri habent, suspicatur:

Aeschyli enim Suppl. vs. 825 sqq. Laurentianus sic praebet:

ό ό ο   ά ά ά   ὃ δεμάρπ—ισ   νάϊος   γάϊος
τῶν πρόμαρπτι   κάμνοισ   ἰόφ
ὀμ́   ἀῦ θι κάκκασ   νυ   . δ — υἴαν βοᾶν   ἀμφαίνω
ὁρῶ τάδε φρόιμια π—ράξαν πόνων   βιαίων   ἐμ — ῶν
ἠὲ   ἠὲ   βᾶινε φυγᾶι προσ—ἀλκάν
β—λοσυρόφρονα   χλιδᾶι   δ—υσφορανᾶι κ—ἀνγ—α—ι
γαῖ· ἄναξ προτάσσον·

Quem locum Hermannus in stropham antistrophamque divisum sic restituit:

stroph. δ' ὂ ὄ, ἂ ἄ,	antistr. δ' ὁρῶ, ὁρῶ·
ὁ δὲ μάρπτις ὁ νάϊος γάϊος.	τάδε φροίμι' ἐμῶν βιαίων πόνων.
ἠὲ, ἠέ.	ἠὲ, ἠέ.
τῶν πρὸ σὺ, μάρπτι, κάμνοις.	βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν.
ὁσιόφρονα λύσιν καββασίας ὀλω-	βλοσυρόφρονι χλιδᾷ δύσφορα ναῖ τάγ-
λυῖα βόαμα φαίνω.	γάϊ', ἄναξ, προτάσσον.

Hermannus cum diserte exponeret haec antistrophica esse et interiectionibus in antistropha exstantibus easdem debere in stropha respondere, ἠὲ ἠέ male retinuit; et recte Dindorfius contendit interiectionem ἠέ 'ab nemine grammaticorum memoratam nunquam exstitisse'. Sed quod hic vult, ἐή ἐή vix minus falsum est. Qua autem ratione hic locus sanandus sit, nescio an doceat § 12, II^b Chisiana; nam detractis illis locis Pers. 566, 578 et 654, 659, quibus simplex ἠέ absurde illatum esse Dindorfius docet in Leutschii Philologo, vol. XIII, p. 477. 478. 485, ἠέ simplex in codicibus nusquam exstat;[3])

---

[1]) Laurentianus in fine Aeschyli Persarum habet

ξέρξ (ς)   ηή ηή τρισκάλμοισιν·
ηή ηή βαρ ί σινὸλόμενοι
χ (ο) ∾   πέμψω τοῖ, σ — ἐδ — νσθρόοις γόοισ· ÷

ubi editores in utroque versu ἰή bis positum dederunt.

[2]) Cf. etiam notissimam illam antiquorum doctrinam, qua ἔλεγος origo ab ἒ ἒ λέγειν ducebatur.

[3]) Quod ad Eurip. Or. 1482 in versu

Ἕκτωρ ὁ Φρύγιος, ἢ τρικόρυθος Αἴας,

cod. Marcianus (Kirchhoffio 'F') praebet ἠέ, id huc non pertinet.

ἠέ autem bis positum in solis illis, de quibus antea verba feci, versibus Sept. c. Theb. 966. 978 (ed. Dind.) et hoc, de quo nunc agitur, Supplicum invenitur. Quid igitur veri est similius, quam ut in 'Septem' ita in 'Supplicibus' ἠὲ ἠέ in αἰαῖ ἐέ mutandum esse?

Restat, ut de interiectionum αἰαῖ et ἐέ scriptura et accentibus agam.

Quotquot enim hoc praesertim saeculo poetarum scaenicorum editiones curaverunt, num recte αἰαῖ ἒ ἕ scripserint, dubito. Sane ex codicibus certi nihil colligere licet, quoniam poetarum scaenicorum librarii, ut cuique visum est, αἶ αἶ, αἲ αἴ, ἔ ἔ, ἒ ἔ, ἐέ, ἓ ἕ vel similia dederunt; grammaticam autem qui profitebantur artem cum αἰαῖ interiectionis et vim et accentum artioribus finibus circumscriberent, de ἐέ verba non fecerunt, omninoque adeo inter se discrepant, ut ne ei quidem, qui ex uno fonte sua deprompsisse videantur, de αἰαῖ eadem omnes protulerint. Sed si Herodiani, cui maxima debetur fides, testimonio uti licet, αἰαῖ scribendum est. Docet enim hic (περὶ μονήρους λέξεως) II 933,18—21 ed. Lentz: οὐδὲν εἰς $\overline{\alpha\iota}$ λῆγον ἐπίρρημα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀξύνεται, λέγω δὲ μὴ σχετλιαστικόν· τὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ὀξύνεται, εὐαί, βαβαί, καὶ περισπᾶται, ἀτταταῖ, αἰαῖ, παπαῖ· τὸ δὲ πάλαι βαρύνεται. Idem I 502,18 sqq.: Τὰ σχετλιαστικὰ τῶν εἰς $\overline{o\iota}$ καὶ $\overline{\alpha\iota}$ ἄλογον ἔχει τὸν τόνον. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν περισπᾶται, ὡς τὸ ὀτοτοῖ ἔχον συμπαρακείμενον καὶ τὸ ἀτταταῖ καὶ τὸ οὐαῖ καὶ αἰαῖ κτλ.

Itaque non αἰαῖ ἒ ἕ, ut editores adhuc voluerunt, sed αἰαῖ ἐέ scribendum videtur propter parallelismum.

Epimetrum II.

De Eurip. Bacch. 1. 2:

Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε τὴν Θηβαίαν χθόνα
Διόνυσος, ὃν τίκτει ποθ' ἡ Κάδμου κόρη.

Θηβαίων codd. Eurip.; contra Θηβαίαν Chis. (cf. supra p. 26), schol. B Hephaest. p. 183 (ed. Gaisf.), grammaticus Ambrosianus in Keilii 'Analectis grammaticis' p. 10, 22,[1]) libri Prisciani optimi (vol. II p. 151,21 ed. Hertz), idque ipsum receperunt iam Hermannus et Elmsleius et Fixius. Θηβαία enim χθών Hermannus sibi videtur observasse 'simpliciter nominandae regioni inservire,' Θηβαίων autem χθών 'cum oppositione quadam dici aliorum, quam Thebanorum'. Quod tamen discrimen contendit Augustus Matthiae in ed. Eurip. tragoed. et fragm. tom. 8 p. 192 (Lipsiae 1824) nullius usus esse. Videntur autem viri docti argutius quam par erat rem considerasse. Solent sane poetae optimi in eius modi locutionibus certum quendam observare usum, quem tyranni modo in lingua poetica regnare dixeris. Ac valde dubito, num Euripides de eo, quod Hermannus voluit, discrimine cogitaverit (cf. e. g. Orest. 1508; Troad. 241 sq.). Dixit de ea re praeter ceteros Theobaldus Fix ad Eurip. Bacch. 1. Constanter igitur apud Euripidem cum χθών coniunguntur haec adiectiva: Φεραία (Alcest. 234, 476), Καδμεία (Suppl. 587; Phoen. 1101; Troad. 242), Θηβαία (Bacch. 660. 961. 1043. 1202; Phoen. 287. 635. 776. 883), Ἀργεία (Electr. 988; Suppl. 9. 874.[2]) 1176.[3]) 1185; Orest. 1508); nisi quod Suppl. 1195 Ἀργείων χθόνα[4]) et Troad. 875 vix recte ἐς Ἀργείων[5]) χθόνα legitur. Idem poeta aeque constanter ad χθών numquam Ἀθηναία, sed Ἀθηναίων adiunxit (Herc. fur. 477; Iphig. Taur. 90; Jon. 12. 655). Alia exempla praebet Fixius l. c. Itaque Bacch. 1 Θηβαίαν χθόνα invitis codicibus Euripideis restituendum esse censeo.[6])

---

[1]) Studemundo enim teste codex Ambrosianus non, quod Keilius legit, θηβαίων exhibet, sed Θηβαίαν. [2]) ἔσχεν ἀργεία χθονί libri Euripidis, ἔσχ' ἐν Ἀργείων πόλει Teles apud Stobaeum (florileg. vol. III, p. 202 ed. Meineke). [3]) ἀργείαν codex Florentinus XXXII 2, ἀργείων codex Palatinus in Vaticana 287. [4]) Iam Fixius invitis codicibus Ἀργείαν χθόνα scripsit. [5]) ἀργείαν non male solus codex Palatinus in Vaticana 287; reliqui codices, quorum lectiones congessit Kirchhoff, ἀργείων exhibent; Ἀργείαν recepit iam Fixius. [6]) Ceterum apparet Hermannum de adiectivis a terrarum nominibus derivatis in — αῖος et — εῖος tantum cogitasse, quibus pro substantivis et adiectivis uti liceat. Nam si illa quoque alia in hanc disceptationem vocasset, in quibus ad χθών adiectiva Πελόπιος, Κεκρόπιος, Τρωϊκός, Ταυρικός, Σπαρτιᾶτις etc. addita leguntur, tribus vel quattuor versibus inter se comparatis hanc regulam caducam esse intellexisset.

Epimetrum III.

De Euripidis Bacch. 1051:

ἦν δ' ἄγκος ὑψίκρημνον, ὕδασι διάβροχον.

Pro ὑψίκομον (ita Chisianus) praebent codd. Eurip. ἀμφίκρημνον, scholia autem B Hephaest. ὑψίκρημνον et deinceps ὄρεσι περίδρομον. Cum ὑψίκομον ex ὑψίκρημνον errore natum esse appareat, quaeritur, utrum ἀμφίκρημνον aptius quadret ad ἄγκος, an ὑψίκρημνον.

Ἄγκος appellari locum concavum et praeruptum, sed in montibus situm adnotat Stephanus in Thesauro s. v.; conf. etiam Suidas I 57 (Bernhardy) et Zonaras I 30 (qui varia commiscuit); quod autem Suidas vocabulo ὑψικάρηνον, quod in fragmento, quo usus est, occurrit, adductus in interpretationem Ἄγκος· ὑψηλὸς τοῦ ὄρους τόπος incidit, hoc moneo: non quemvis locum montanum esse ἄγκος, sed concavum et praeruptum. Melius igitur explicavit Eust. p. 1498,15 ἄγκεα δὲ τόποι ὀρεινοὶ ἀνακείμενοι δ' ἔστι χθαμαλοὶ, ταπεινοὶ, καὶ ὡς οἱ παλαιοί φασι, φάραγγες, κοῖλοι τόποι κτλ.; similiter legitur in Etymol. M. p. 10 ἄγκη· τὰ τῶν ὀρῶν κοιλώματα. Quodsi originem huius vocabuli spectaveris, ἀμφίκρημνος est 'utrimque pendens' vel 'utrimque arduus, praeruptus'. Significat igitur ἀμφίκρημνος vallem ab utraque parte praeruptis montibus inclusam, contra ὑψίκρημνος non tam in alto praecipitio sitam (ut vult Stephan. Thes. s. v.; sane ita dixit ὑψίκρημνον πόλισμα Aeschylus Prom. 421) quam alto praecipitio vel altis praecipitiis circumsaeptam.

Neque aliter voluit Euripides versum Bacch. 1051 intellegi. Nuntius enim narrat se et Pentheum cum duce peregrino (i. e. Baccho) Asopum transgressos Cithaeronis convalles intrasse, deinde tacitos suspensosque pedes placide ponentes viridi valli surrepsisse (ὡς ὁρῷμεν, οὐχ ὁρώμενοι). Deinde nuntius sic pergit:

ἦν δ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὕδασι διάβροχον
πεύκαισι συσκιάζον, ἔνθα Μαινάδες
καθῆντ' ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις.

F. A. Paley in Eurip. edit. tom. II, 462, quamquam ἀμφίκρημνον retinet, tamen de altis rupibus videtur cogitasse ('a ravine between lofty rocks,' etc.). Sed debebat ὑψίκρημνον Aeschylo vindicare, quod ad feram loci naturam describendam plus valet.

Accedit, quod poetae Attici, si hunc dubium locum detraxeris, ἀμφίκρημνος nusquam adhibuerunt, quod idem adiectivum apud alios quoque perraro dicitur. Stephanus in Thes. s. v. unum locum affert: apud Nonnum in Dionys. lib. XIII, 127 (ἀμφίκρημνον ἀλωήν).

Hesychius I 161 et Zonoras I 156 nihil aliud afferunt, quam ἀμφίκρημνον· ἑκατέρωθεν ἐπικίνδυνον; Suidas I 302 ἀμφίκρημνον· περίκρημνον ἢ βραχυτάτη. Utrumque legitur in Bekk. Anecd. I 389.

Contra ὑψίκρημνος magis usitatum esse tam ex Hom. Epigr. 6,5 (Τπωρείην ὑψικρήμνοιο Μίμαντος) quam ex quibusdam locis Aeschyli apparet; conf. fragm. 28 (ed. Dindorf):

καλοῖσι λουτροῖς ἐκλελουμένος δέμας
εἰς ὑψίκρημνον Ἱμέραν ἀφικόμην.

Similis est hic locus Eur. Bacch. 1051; nam apud Euripidem agitur de loco concavo in montibus sito, apud Aeschylum de flumine vel potius de alveo concavo, cuius ex utraque ripa alta praecipitia imminent. Conf. praeterea Aesch. Prom. 421 (ὑψίκρημνον πόλισμα) et Prom. 7 (πρὸς πέτραις ὑψηλοκρήμνοις).

Quod autem Porsonus fretus praecipue verbis Aeschyli Sept. c. Theb. 495, Apoll. Rhod. III 1085, Eurip. (Cresphont. fr. XII) voluit (cf. Gaisf. not. ad Hephaest. p. 183) pro ὕδασι διάβροχον praeferendum esse ὄρεσι περίδρομον, hoc ei, qui illos locos cum hoc versu Euripideo comparaverit, non persuasum erit. Apparet enim in his quidem locis omnibus ὄρεσι περίδρομον apte adhibitum esse; sed in Eurip. Bacch. 1051, quoniam antea (1045. 1046) haec narrata sunt:

λέπας Κιθαιρώνειον εἰςεβάλλομεν
Πενθεύς τε κἀγώ, ad ἄγκος non opus est addere ὄρεσι περίδρομον. Praeterea ex eodem fonte, ex quo hic tractatus Chisianus manavit, scholiasta Hephaestionis hausit; libri autem Euripidei cum eandem quam Chisianus praebeant lectionem, in scholiastae et compilatoris Chisiani archetypo ὕδασι διάβροχον exstitisse et ὄρεσι περίδρομον recentioris esse originis veri est simillimum.